R / 7913

HORAE IN LAVDEM beatiſsimę virginis Marię ad vſum Romanum.

PARISIIS.

Apud [illegible] Sub [illegible]

1541

[illegible]

	ma.	Paſcha.	Nũerꝰ aureꝰ.	Aduẽtus domini.	Litera domi.	biſſex.
	6.Mar.	17.Ap.	3	27.No.	B	
	26.Febr.	9.Apr.	4	3.Decẽ.	A	
1543	11.Febru.	25.mar.	5	2.Decẽ.	G	
1544	2.Mar.	13.Apr.	6	30.No.	F	E
1545	22.Febr.	5.Apri.	7	29.No.	D	
1546	14.Mar.	25.Ap.	8	28.No.	C	
1547	37.Febr.	10.Ap.	9	27.No.	B	

IAnuarius habet dies. xxxj
Luna vero. xxx.

3	A	Calẽ.	Circũciſio do.
	b	4	Ccta.ſ.Stepha.
11	c	3	Octa.ſ.Ioan.
	d	Prid.	Octa.ſ.Innocen.
19	e	No.	Theleſph ori pa.
8	f	8	Epyphania do.
	g	7	Iuliani martyris.
16	A	6	Rigoberti epiſco.
5	b	5	Martianę virgi.
	c	4	Pau.er. Sol in aq̃.
13	d	3	Iginij marty.
2	e	Prid.	Satyri martyris.
	f	Idus.	Octa. Epipha.
10	g	19	ca.ſe.Fœli.p̃ſby.
	A	18	Mauri abbatis
18	b	17	Marcel.p̃.& [illegible]
7	c	16	Antonij ab[illegible]
	d	15	Priſcæ virgi[illegible]

15	c	14	Marij cũ ſo.mar.
4	f	13	Fabia. & ſe . mar.
	g	12	Agnetis virginis.
12	A	11	Vincentij marty.
1	b	10	Emerẽtianę virg.
	c	9	Timothęi di.p.
9	d	8	Conuerſio Pauli.
	e	7	Policarpi marty.
17	f	6	Iuliani epiſcopi.
6	g	5	Agnetis ſecundo.
	A	4	Valerij epiſcopi.
14	b	3	Batildis reginæ.
3	c	Prid.	Cirici & Iu. mar.

FEbruarius habet dies. xxviij. Luna verò habet dies.xxix. Cum autẽ Biſſexcus fuerit, habet dies. xxix. Luna verò habet dies.xxx.

[illegible]	d	Calẽd.	Brigidæ virgi.
[illegible]	e	4	Purificatio b.Ma.

19	f	3	Blaſij epi & mar.
8	g	Prid.	Gilberti cõfeſſo.
	A	No.	Agathæ virginis.
16	b	8	Dorotheæ virgi.
5	c	7	Moyſeti epiſcopi.
	d	6	Salomonis mar.
13	e	5	Apol. Sol ĩ piſci
2	f	4	Scolaſticæ virgi.
	g	3	Sotheris papæ.
10	A	Prid	Eulaliæ virginis.
	b	Idus	Fulcrãni epi.
18	c	16	ca.mar. Valẽ. mar.
7	d	15	Fauſtini epiſcopi.
	e	14	Iulianæ vrginis.
15	f	13	Conſtantiæ virg.
4	g	12	Simeo.mar.e.hie.
	A	11	Sabini preſby.
12	b	10	Galli preſbyteri.
1	c	9	lxxix. martyrum.
	d	8	Cathedra.ſ.Pet

9	e	7	Vigilia.
	f	6	Mathiæ. Lo. biſ.
17	g	5	Alexãdrini ep̃i.
6	A	4	Victo. & ſo. mar.
	b	3	Leandri epiſcopi.
14	c	Prid.	Romani abba.

MArtius habet dies. xxxj. Luna vero. xxx.

3	d	Calē.	Albini epiſcopi.
	e	6	Niceti epiſcopi.
11	f	5	Maximi marty.
	g	4	Adriani marty.
19	A	3	Phocæ mar.
8	b	Prid.	Victoris mar.
	c	No.	Thomæ aq. con.
16	d	8	Appollonij mar.
5	e	7	Quadragĩta m.
	f	6	
13	g	5	Sol ĩ arie.
2	A	4	Gregorij papæ.

	b	3	Euphraſiæ virgi.
10	c	Prid.	Zachariæ papæ.
	d	Idus.	Gabrielis archi.
18	e	17	Cal.apri. Ioſeph ſcõfeſſo.nutrito . do.
7	f	16	Sancti Ioachim.
	g	15	Anſelmi epiſcopi
15	A	14	Patricij epiſcopi.
4	b	13	Guberti confeſſ.
	c	12	Benedicti abba.
12	d	11	Pauli epi Narb.
1	e	10	Pygmenie & m.
	f	9	Theodori pſby.
9	g	8	Annũcia.b.Ma.
	A	7	Caſtorij mar.
17	b	6	Ruperti epiſcopi
6	c	5	Grondani.
	d	4	Quirini tribuni.
14	e	3	Secundi mar.
3	f	Prid	Sabinæ virginis.

APrilis habet dies. xxx.
Luna vero. xxix.

	g	Calē.	Theod. virginis.
11	A	4	Mariæ ægyptia.
	b	3	Pancratij marty.
19	c	Prid.	Ambroſij epi.
8	d	No.	Vincentij cōfeſſ.
16	e	8	Cæleſtini papæ.
5	f	7	Alexādrini mar.
	g	6	Dionyſij epi.
13	A	5	Prochori marty.
2	b	4	Apollonij pſb.
	c	3	Leōis p. Sol ī tau.
10	d	Prid.	Zeni epi. Vero.
	e	Idus.	Euſemiæ virgi.
18	f	18	ca. maij. Tibur. mar
7	g	17	Helenæ.
	A	16	Iſidori marty.
15	b	15	Aniceti papæ.
4	c	14	Præfecti preſby.

d 13 Creſcentij.
12 e 12 Sulpitij & Seruí
1 f 11 Simeonis epi.
g 10 Sotheris papæ.
9 A 9 Georgij marty.
b 8 Gregorij epiſ.co.
17 c 7 Marci euangeliſtę
6 d 6 Marcellini mar.
e 5 Anaſtaſij papæ.
14 f 4 Vitalis martyris
3 g 3 Petri martyris.
A Prid. Eutro. e. & mar.

M Ayus habet dies. xxxj.
Luna vero.xxx.

11 b Cal.Philip. & Ia. apo.
c 6 Sigiſmũdi regis.
19 d 5 Inuẽtio.ſ.Crucis.
8 e 4 Floriani marty.
f 3 Gotardi.
16 g Prid.Ioã. ãte por. lati.

5	A	No.	Cleti pa. & mar.
	b	8	Appa. ſ. Michae.
13	c	7	Trãſla. ſ. Nicolai.
2	d	6	Gordiani & Epi.
	e	5	Mamer. & maio.
10	f	4	Neræi & Achil.
	g	3	Sol in geminis.
18	A	Prid.	Bonifacij papæ.
7	b	Idus.	Iſidori martyris.
	c	17	ca. Iunij Hono. e.
15	d	16	Tropetæ marty.
4	e	15	Fœlicis epiſcopi.
	f	14	Potentianæ virg.
12	g	13	Bernardini conf.
1	A	12	Valentini epiſco.
	b	11	Helenæ reginæ.
9	c	10	Deſyde. e. & mar.
	d	9	Donatia. & rog.
17	e	8	Vrbani p. & mar.
6	f	7	Eleutherij mar.

	g	6	Ioã.papę & mar.
14	A	5	Germani ep . pa.
3	b	4	Maximi epiſcopi.
	c	3	Fœlicis p.&mar.
11	d	Prid.	Petronillæ virg.

Iunius habet dies.xxx. Luna vero.xxix.

	e	Calẽ.	Iuſtini preſby.
19	f	4	Marcel.p.&mar.
8	g	3	Pergentini mar.
16	A	Prid.	Quirini c.& mar
5	b	No.	Bonifa.e. & mar.
	c	8	Claudij e. & cõf.
13	d	7	Pauli epĩ cõſtan.
2	e	6	Medardi & Gildardi cõfeſſorũ.
	f	5	Primi & Fœlicia.
10	g	4	Landerici epiſco.
	A	3	Barnabæ apoſto.
18	b	Prid.	Baſi. Cyri.Nab.

7	c	Idus.	Antonij con. pa.
	d	18	ca.Iul. Sol in can.
15	e	17	Viti & Modeſti.
4	f	16	Cirici & Iulitæ.
	g	15	Auiti abbatis.
12	A	14	Marci & Mar.
1	b	13	Gerua.& Proth.
	c	12	Siluerij p.& mar.
9	d	11	Ianuariæ virgi.
	e	10	Paulini e. & cõf.
17	f	9	Vigilia.
6	g	8	Natiui.ſ.Ioã.ba.
	A	7	Amandi epiſco.
14	b	6	Ioã. & Pau. mar.
3	c	5	Creſcentij epi.
	d	4	Leonis pa. Vigil.
11	e	3	Petri & Pau. ap.
	f	Prid	Cõme.ſ.Pauli.

IVlius habet dies.xxxj.
Luna vero.xxx.

19	g	Calẽ	Octa.ſ.Ioã. bap.
8	A	6	Viſita.b.Mariæ.
	b	5	Gregorij epiſco.
16	c	4	Trãſla.ſ. Marti.
5	d	3	Domitij marty.
	e	Prid.	Oct.Pe.& Pau.
13	f	No.	Trãſla.Thomę e.
2	g	8	Procopij marty.
	A	7	Zenonis marty.
10	b	6	Dies canicula.
	c	5	Pij papę & mar.
18	d	4	Naboris & Fœli.
7	e	3	Priuati martyris.
	f	Prid.	Her.e.Sol in leo.
15	g	Idus.	Quirini & Iu.
4	A	17	ca. aug. Euſtach.
	b	16	Alexij confeſſo.
12	c	15	Arnulphi epiſco.
1	d	14	Arſenij eremitæ.
	e	13	Margaretæ virgi

9	f	12	Victoris martyris
	g	11	Mariæ Magda.
17	A	10	Apollinaris epi.
6	b	9	Chriſtinę virgi. Vigilia.
	c	8	Iac.a.. Xp̄of.mar.
14	d	7	Anne ma. Mariæ
3	e	6	Septē dormien.
	f	5	Nazarij & Celſi.
11	g	4	Marthæ virginis.
19	A	3	Abdō & Sennes.
	b	Prid.	Fauſtini confeſſ.

AVguſt[s] habet dies.xxxj. Luna vero.xxx.

8	c	Calē.	Petri ad vincula.
16	d	4	Stephani papæ.
5	e	3	Inuē.ſ. Stephani.
	f	Prid	Iuſtini preſbyteri
13	g	No.	Mariæ de niuis.
2	A	8	Tranſfigura. do.

	b	7	Donati epiſcopi.
10	c	6	Ciriaci & ſo. eiꝰ.
	d	5	Romani m. Vig.
18	e	4	Laurentij marty.
7	f	3	Tyburtij & Suſã.
	g	Prid.	Claræ virginis.
15	A	Idus.	Hippo.& ſo. eiꝰ.
4	b	19	Calen. Septemb.
			Vigilia. Sol ĩ vir.
	c	18	Aſſump. b. Ma.
12	d	17	Rochi cõfeſſoris.
1	e	16	Octa.ſ.Laurentij
	f	15	Agapiti martyris
9	g	14	Ludouici epiſco.
	A	13	Bernardi abbatis
17	b	12	Anaſtaſij marty.
6	c	11	Octa.b.Mariæ.
	d	10	Vigilia.
14	e	9	Bartholomęi ap.
3	f	8	Ludoui.reg. Frã.

	g	7	Zepheri.p.& m.
1	A	6	Geor. & Aur.m.
9	b	5	Auguſtini epiſco.
	c	4	Decol.ſ. Io.bap.
8	d	3	Fœlicis & Adau.
	e	Prid.	Fœlicis confeſſo.

SEptẽber habet dies, xxx.
Luna vero.xxix.

16	f	Calẽ.	Egidij abbatis.
5	g	4	Antonini marty.
	A	3	Lupi epiſcopi.
13	b	Prid	Moyſi confeſſo.
2	c	No.	Victorini marty.
	d	8	Zachariæ ꝓphe.
10	e	7	Clodoaldi cõfeſ.
	f	6	Natiui.bea.Ma.
18	g	5	Gorgonij mar.
7	A	4	Sauli epiſcopi.
	b	3	Proti & Hyacin.
15	c	Prid.	Maximiani.

4	d	Id⁹.	Maurilii epiſcopi.
	e	xviii	Ca.oc.exal.ſ.cru.
12	f	xvii	Nicomedis mar.
1	g	xvi	Euſe. vir.& mar.
	A	xv	Lamberti epi.
9	b	xiiii	Victo.& Coro.
	c	xiii	Ianuarii e.& mar
17	d	xii	Vigilia.
6	e	xi	Matthęi a.& euã.
	f	x	Mauricii cũ ſoc.
14	g	ix	Lini papæ.
3	A	viii	Ruperti epiſcopi
	b	vii	Firmini epiſcopi
11	c	vi	Cypriani & Iu.
19	d	v	Coſmæ & Dam.
	e	iiii	Exupe.e.& conf.
8	f	iii	Michaelis archã.
	g	Prid.	Hiero.doctoris.

OCTOBER habet dies xxxi. Luna vero xxx.

16	A	Cal.	Remi.e. & cont.
5	b	vi	Tranſla.ſ.Claræ.
13	c	v	Candidi marty.
2	d	iiij	Franciſci confeſ.
	e	iij	Placidi cũ ſo . m.
10	f	Prid.	Fidis vir. & mar.
	g	No.	Marci pa.& con.
18	A	viij	Pelagiæ peccatri.
7	b	vij	Diony . & ſo.eiꝰ.
	c	vj	Cerbonii epi.
15	d	v	Nichaſij epi.
4	e	iiii	Euſtachii p̃ſby.
	f	iii	Geraldi cõfeſſo.
12	g	Prid.	Sol in ſcorp.
1	A	Idus.	Antiochi epi.
	b	xvij	Ca.no. Lucia. ſo.
9	c	xvi	Lucinæ Roma.
	d	xv	Lucæ euange.
17	e	xiiij	Sauiniani & po.
6	f	xiij	Capraſij marty.

	g	xij	Vndecĩ mi. virg.
14	A	xj	Meloni epiſcopi.
3	b	x	Romani rotho.
	c	ix	Maglorij epi.
11	d	viii	Criſpini & Criſ.
19	e	vii	Euariſti papæ.
	f	vi	Vigilia.
8	g	v	Simonis & Iudę.
	A	iiij	Zenobij preſby.
16	b	iii	Bernardi epi.
5	c	Prid.	Quĩtini m. Vigi.

NOVEMBER habet dies.xxx. Luna vero.xxix.

	d	Cal.	Feſtũ oĩm ſctõrũ.
13	e	iiii	Cõmemo. defun.
2	f	iii	Reſtituti.
	g	Prid.	Amantii.
10	A	No.	Zacha. p. Io. ba.
	b	viii	Leonardi confeſ.

18	c	vii	Herculani epi.
7	d	vi	Quatuor coro.
	e	v	Theodori mar.
15	f	iiii	Martini & Vera.
4	g	iii	Martini ep̄i.
	A	Prid	Martini papæ.
12	b	Idus.	Britii e. Sol in ſa.
1	c	xviii	Ca.de. Ioan. ep̄i.
	d	xvii	Eugenii marty.
9	e	xvi	Eucharii ep̄i.
	f	xv	Aniani epiſcopi.
17	g	xiiii	Dedi.Pe. & Pau.
6	A	xiii	Elizabeth re.vir.
	b	xii	Edmũ.re.& mar.
14	c	xi	Columbani.
3	d	x	Cæciliæ virginis.
	e	ix	Clementis papæ.
11	f	viii	Griſogoni mar.
19	g	vii	Catharine virgi.
	A	vi	Lini pap.& mar.

8	b	v	Agricolæ mar.
	c	iiii	Proſperi ep̄i.
16	d	iij	Satur.mar. Vigil.
5	e	Prid.	Andreæ apo.

DECEMBER habet dies xxxj. Luna vero.xxx.

	f	Calē.	Eligij ep̄i & cõf.
13	g	iiii	Bibianæ virg.
2	A	iij	Caſſiani mar.
10	b	Prid.	Barbarę virg.
	c	No.	Sabbæ abbatis.
18	d	viij	Nicolai ep̄i & cõ.
7	e	vij	Faræ virginis.
	f	vi	Cõcep.b.Mariæ.
15	g	v	Prouoli epiſco.
4	A	iiij	Eulaliæ virginis.
	b	iij	Dama.pa.& cõf.
12	c	Prid.	Valer. Sol in cã.
1	d	Idus.	Lucię vir.& mar.

	e	xix	Ca.Ia. Nica.ēpi.
9	f	xviii	Valeriani ēpi.
	g	xvii	Melerij epiſcopi.
17	A	xvi	Lazari epiſcopi.
6	b	xv	Antonillæ virgi.
	c	xiiii	Clemē.pſ. & cō.
14	d	xiij	Domi.ab.Vigilia
3	e	xij	Thomæ apoſto.
	f	xi	Theodoſiæ virg.
11	g	x	Seruilij confeſſo.
19	A	ix	Vigilia.
	b	viij	Natiuitas Do.
8	c	vij	Stephani ꝓto.
	d	vi	Ioā.apo.& euan.
16	e	v	Sanctorū inno.
5	f	iiii	Thomæ archi.
	g	iii	Sabini ēpi & mar.
13	A	Pridie.	Silueſtri papæ.

Initiū ſ. euāgelij ſecūdum Ioānē. Ca.j. Gloria tibi do.

IN prĩcipio erat verbum, & verbum erat apud deũ: & deus erat verbum. Hoc erat in prĩcipio apud deum. Omnia ꝑ ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehẽderunt. Fuit homo miſſus a deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt oẽs crederent per

illum. Non erat ille lux : ſed
vt teſtimonium perhiberet
de lumine. Erat lux vera:
quæ illuminat omnē homi-
nem venientē in hunc mun-
dum. In mundo erat: & mũ
dus per ipſum factus eſt: &
mundus eum non cogno-
uit. In propria venit: & ſui
eum non receperũt. Quot-
quot autem receperũt eum:
dedit eis poteſtatē filios dei
fieri: his qui credũt in nomi-
ne eius. Qui non ex ſangui-
nibus, neque ex voluntate
carnis, neque ex volunta-
te viri, ſed ex deo nati ſunt.
Et verbum caro factum eſt:
& habitauit in nobis. Et vi-
dimus gloriam eius, gloriam

quaſi vnigeniti, a patre, plenum gratiæ & veritatis. Deo gratias. ā. Te inuocamus, te adoramus, te laudamus, te glorificamus o beata trinitas. Ver. Sit nomen domini benedictū. Reſ. Ex hoc nūc & vſque in ſęculum. Oratio.

PRotector in te ſperantiū deꝰ ſine quo nihil eſt validum, nihil ſanctum, multiplica ſuper nos miſericordiā tuam: vt te rectore, te duce ſic tranſeamus per bona tēporalia: vt non amittamus æterna. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Sequentia ſancti euangelij ſecundum Lucam. Cap. j. Gloria tibi domine.

IN illo tempore, Miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem deſponſatã viro cui nomẽ erat Ioſeph de domo Dauid: & nomen virginis MARIA. Et ingreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena, dominus tecũ: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audiſſet, turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas MARIA, inueniſti enim gratiam apud deũ. Ecce concipies in vtero & paries filium: & vocabis nomen eius

IESVM. Hic erit magnus:
& filius altiſsimi vocabitur.
Et dabit illi dominus Deus
ſedem Dauid patris eius: &
regnabit in domo Iacob in
æternum, & regni eius non
erit finis. Dixit aũt MARIA
ad angelum. Quomodo fiet
iſtud: quoniam virum nõ co
gnoſco? Et reſpondens an-
gelus dixit ei, Spiritꝰ ſanctus
ſuperueniet in te: & virtꝰ al-
tiſsimi obũbrabit tibi. Ideo-
que & quod naſcetur ex te
ſanctũ, vocabitur filiꝰ dei. Et
ecce Elizabeth cognata tua,
& ipſa cõcepit filiũ in ſene-
ctute ſua. Et hic menſis, ſex-
tus eſt illi quę vocatur ſteri-
lis: quia non erit impoſsibile

apud deum oē verbū. Dixit autē MARIA, Ecce ancilla domini: fiat mihi ſecundum verbum tuum. Deo gratias.

℣ Sequentia ſancti euangelij ſecundū Matthæū. Ca. 2.

Gloria tibi domine.

CVm natꝰ eſſet IESVS in Bethleē Iudæ in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicētes. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorū? Vidimus enim ſtellam eius in oriente, & venimus adorare eū. Audiens autē herodes rex, turbatꝰ eſt & omnis

Hieroſolyma cũ illo. Et cõ-
gregans omnes principes ſa
cerdotum & ſcribas populi,
ſciſcitabatur ab eis vbi CHRI
STVS naſceretur. At illi di-
xerunt ei, In Bethleem Iu-
dæ. Sic enim ſcriptũ eſt per
prophetã. Et tu Bethleẽ ter
ra Iuda, nequaquã minima
es in principibus Iuda, ex te
enim exiet dux qui regat po
pulũ meum Iſrael. Tũc He-
rodes clam vocatis Magis,
diligenter didicit ab eis tem
pus ſtellæ quæ apparuit eis:
& mitiẽs illos in Bethleem,
dixit: Ite & interrogate dili-
genter de puero: & cum in-
ueneritis, renũciate mihi: vt
& ego veniẽs adorem eum.

Qui cum audiſſent regem, abierũt. Et ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos: vſque dũ veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autẽ ſtellã, gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrãtes domum, inuenerũt puerum cũ MARIA matre eius, & procidentes adorauerũt eũ: & apertis theſauris ſuis, obtulerũt ei munera. aurum, thus, & myrrhã. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirent ad Herodẽ, per aliam viã reuerſi ſunt in regionẽ ſuam. Deo gratias.

¶ Sequentia ſancti euangelij ſecũdum Marcũ. Ca. 16.

Gloria tibi domine.

IN illo tẽpore, Recũbentibꝰ vndecim diſcipulis apparuit illis IESVS: & exprobrauit incredulitatẽ eorũ & duritiã cordis: quia his qui viderant eũ reſurrexiſſe, nõ crediderũt. Et dixit eis, Eũtes in mũdum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatꝰ fuerit: ſaluus erit. Qui vero nõ crediderit: condẽnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hæc ſequẽtur, In nomine meo demonia eijciẽt, linguis loquentur nouis, ſerpentes tollent. Et ſi mortiferum

quid biberint:non eis nocebit.Super ęgros manus imponēt:& bene habebunt.Et dominꝰ quidē IESVS poſtquam locutus eſt eis:aſſumptus eſt in cælum: & ſedet a dextris dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique: domino cooperante & ſermonem confirmāte, ſequentibus ſignis. Deo gratias. Per euangelica dicta deleātur noſtra delicta. ¶ De quatuor euāge. ān. Iſti ſunt quatuor oliuæ & quatuor cādelabra ante deum lucentia: quorum doctrina tota fulget eccleſia. Verſus. Orate pro nobis ſancti apoſtoli & euangeliſtæ dei. Reſponſorium. Vt

digni efficiamur promiſsio-
nibus CHRISTI. Oremus.

DEus q̃ nos hodierna die apoſtolorũ tuorum & ẽuangeliſtarũ tuorum Ioannis, Lucæ, Matthæi, & Marci commemoratione lætificas: eorum precibus & meritis intercedentibus, ab omnibus nos abſolue pctĩs. Per Chriſtum dominũ noſtrũ.

Paſsio domini noſtri IESV CHRISTI Secundum Ioannem. Cap. xviij.

EGreſſꝰ eſt IESVS cũ diſcipulis ſuis trãs torrentẽ Cedrõ, vbi erat hortus, in quẽ ĩtroiuit ipſe & diſcipuli eiꝰ. Sciebat aũt & Iu-

das(q tradebat)eũ locũ:quia
frequẽter Ieſ⁹ cõuenerat il-
luc cũ diſcipulis ſuis. Iudas
ergo cũ accepiſſet cohortẽ,
& a pontificib⁹ & phariſæis
miniſtros:venit illuc cũ later
nis & facibus & armis. Ieſus
itaq̃ ſciẽs oĩa q̃ vẽtura erãt ſu
per eũ: proceſsit & dixit eis,
Quẽ q̃ritis? Reſpõderũt ei,
Ieſũ nazarenũ. Dixit eis Ieſ⁹
Ego ſũ. Stabat aũt & Iudas
(qui tradebat eũ)cũ ipſis. Vt
ergo dixit eis, Ego ſum: abie
rũt retrorſũ, & ceciderũt in
terrã. Iterũ ergo ĩterrogauit
eos: Quẽ q̃ritis? Illi aũt dixe
rũt, Ieſũ Nazarenũ. Reſpon
dit Ieſus. Dixi vobis qa ego
ſum: ſi ergo me q̃ritis, ſinite

hos abire. Vt impleretur ſer
mo quē dixit. Quia quos de
diſti mihi nō ꝑdidi ex eis quē
quā. Simō ergo Petrꝰ habēs
gladiū, eduxit eū: & ꝑcuſsit
pōtificis ſeruū, & abſcidit au
riculā eiꝰ dextrā. Erat aūt no
mē ſeruo Malchꝰ. Dixit ergo
Ieſꝰ Petro, Mitte gladiū tuū ī
vaginā. Calicē quē dedit mi-
hi pater, non vis vt bibā illū?
Cohors aūt & tribunꝰ & mi
niſtri Iudęorū cōpręhēderūt
Ieſū: & ligauerūt eū, & addu
xerūt eū ad annā primū. erat
enī ſocer Caiphę, ꝗ erat pō-
tifex āni illius. Erat aūt Cai-
phas ꝗ cōſilium dederat Iu
dæis: Quia expedit vnū ho-
minē mori ꝓ populo. Seq̄b a

tur aũt Ieſũ Simõ Petrꝰ, &
aliꝰ diſcipulꝰ. Diſcipulꝰ autẽ
ille erat notꝰ põtifici, & ĩtroi
uit cũ Ieſu in atriũ põtificis.
Petrꝰ aũt ſtabat ad oſtiũ fo-
ris. Exiuit ergo diſcipulꝰ aliꝰ
ꝗ erat notꝰ põtifici, & dixit
oſtiariæ, & ĩtroduxit Petrũ.
Dixit ergo Petro ancilla o-
ſtiaria. Nũquid & tu ex diſci
pulis es hoĩs iſtiꝰ? Dixit ille,
Nõ ſũ. Stabãt aũt ſerui & mi
niſtri ad prunas, ꝗa frigꝰ erat
& calefaciebãt ſe. Erat autẽ
cũ eis & Petrꝰ ſtãs, & calefa
ciẽs ſe. Põtifex ergo ĩterroga
uit Ieſũ de diſcipulis ſuis &
de doctrina eiꝰ. Reſpõdit ei
Ieſꝰ. Ego palã locutꝰ ſũ mũ-
do: ego ſemꝑ docui in ſyna-

goga, & in tēplo quo oēs Iu
dæi cōueniūt : & in occulto
locutꝰ ſū nihil. Quid me in-
terrogas? Interroga eos q̄ au
dierūt q̄d locutꝰ ſū ipſis. Ec-
ce, hi ſciunt q̄ dixerim ego.
Hæc aūt cū dixiſſet: vnꝰ aſſi-
ſtēs miniſtrorū dedit alapā
Ieſu, dicēs. Sic reſpōdes pōti
fici? Reſpōdit ei Ieſꝰ. Si male
locutꝰ ſū, teſtimoniū ꝑhibe
de malo: ſi aūt bene, quid me
cædis? Et miſit eū Annas li-
gatū ad Caiphā pōtificē. E-
rat aūt Simō Petrꝰ ſtās & ca
lefaciēs ſe. Dixerūt ergo ei,
Nunquid & tu ex diſcipulis
eius es? Negauit ille & dixit,
nō ſū. Dixit ei vnus ex ſeruis
pōtificis cognatꝰ eiꝰ cuiꝰ abſci

dit Petrꝰ auriculã. Nõne ego
te vidi in horto cũ illo? Iterũ
ergo negauit Petrus: & ſta-
tim gallus cantauit. Addu-
cunt ergo IESVM a Cai-
pha in prętoriũ. Erat aũt ma
ne: & ipſi nõ introierũt in p̃-
toriũ, vt nõ cõtaminarẽtur:
ſed mãducarẽt paſcha. Exi-
uit ergo Pilatꝰ ad eos foras:
& dixit. Quã accuſationẽ af
fertis aduerſꝰ hominẽ hunc?
Reſpõderũt & dixerũt ei. Si
nõ eſſet hic malefactor, nõ ti
bi tradidiſſemus eum. Dixit
eis Pilatꝰ. Accipite eum vos:
& ſecũdũ legẽ veſtrã iudica
te eũ. Dixerũt ergo ei Iudæi.
Nobis non licet interficere
quẽquã. Vt ſermo IESV ĩple

retur quẽ dixit: ſignificáſqua
morte eſſet moriturus. In-
troiuit ergo iterũ in præto-
riũ Pilatꝰ: & vocauit IESVM,
& dixit ei. Tu es rex Iudæo-
rũ? Reſpõdit IESVS. A te-
metipſo hoc dicis: an alii tibi
dixerũt de me? Reſpõdit Pi-
latus, Nunquid egò Iudæus
ſum? Gẽs tua & põtifices tra
diderũt te mihi. Quid feci-
ſti? Reſpondit IESVS, Re-
gnũ meũ nõ eſt de hoc mun
do: ſi ex hoc mundo eſſet re
gnum meum: miniſtri mei
vtique decertarent, vt non
traderer Iudæis. Nũc autem
regnum meum nõ eſt hinc.
Dixit itaque ei Pilatus, Er-
go rex es tu? Reſpondit IE-

sus. Tu dicis, quia rex ſum
ego. Ego in hoc natus ſum,
& ad hoc veni in mundum:
vt teſtimonium perhibeam
veritati; omnis qui eſt ex ve-
ritate, audit vocem meam.
Dixit ei Pilatus, Quid eſt ve
ritas? Et cum hoc dixiſſet,
iterum exiuit ad Iudæos: &
dixit eis, Ego nullam inue-
nio in eo cauſam. Eſt autem
conſuetudo vobis, vt vnum
dimittam vobis in paſcha.
Vultis ergo dimittam vobis
regem Iudæorum? Clama-
uerunt rurſum omnes di-
centes, Non hunc ſed Ba-
rabbam. Erat autem Barab-
bas, latro. Tunc ergo appre
hēdit Pilatus IESVM: & fla

gellauit. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti eius: & veſte purpurea circundederũt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorũ. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus foras, & dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras: vt cognoſcatis quia nullam inuenio in eo cauſam. Exiuit ergo IESVS foras, portãs coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum. Et dixit eis, Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri: clamabãt dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eũ vos

& crucifigite: ego enim non
inuenio in eo cauſam. Reſpõ
derũt ei Iudæi. Nos legẽ ha-
bemus, & ſecundũ legem de
bet mori: quia filiũ dei ſe fe-
cit. Cũ ergo audiſſet Pilatus
hũc ſermonẽ, magis timuit.
Et ingreſſus eſt prætorium
iterum: & dixit ad IESVM,
Vnde es tu? IESVS autẽ re-
ſpõſum nõ dedit ei. Dixit er
go ei Pilatus. Mihi nõ loque
ris? Neſcis quia poteſtatẽ ha
beo crucifigere te, & pote-
ſtatem habeo dimittere te?
Reſpõdit IESVS, Nõ habe
res poteſtatẽ aduerſum me
vllam, niſi tibi datum eſſet
deſuper. Propterea qui me
tradidit tibi, maius peccatũ.

habet. Et exinde quærebat
Pilatus dimittere eum. Iu-
dæi autem clamabant dicen
tes, Si hunc dimittis, non es
amicꝰ Cæſaris. Omnis enim
qui ſe regem facit, contradi-
cit Cæſari. Pilatus autē cum
audiſſet hos ſermones, ad-
duxit IESVM, foras & ſedit
pro tribunali, in loco qui di
citur Lithoſtratos, Hebrai-
ce autem Gabatha. Erat au-
tem paraſceue paſchæ hora
quaſi ſexta: & dixit Iudæis,
Ecce rex veſter. Illi autem
clamabant, Tolle, tolle: cru
cifige eum. Dicit eis Pila-
tus. Regem veſtrum cruci-
figam? Reſponderunt pōti-
fices. Non habemus regem

niſi Cæſarem. Tũc ergo tra-
didit eis illũ, vt crucifigere-
tur. Suſceperũt aũt IESVM:
& eduxerunt eum. Et baiu-
lans ſibi crucẽ, exiuit in eum
qui dicitur Caluarię locum,
Hebraice autẽ Golgotha:
vbi crucifixerunt eum, &
cum eo alios duos hinc &
hinc, medium autẽ IESVM.
Scripſit autẽ & titulũ Pila-
tus: & poſuit ſuper crucem.
Erat autem ſcriptũ, IESVS
Nazarenus rex Iudæorum.
Hũc ergo titulũ multi lege-
runt Iudæorum: quia pro-
pe ciuitatem erat locus vbi
crucifixꝰ eſt IESVS. Et erat
ſcriptum Hebraice, Grece,
& Latine. Dicebãt ergo Pi-

lato pontifices Iudæorum.
Noli ſcribere rex Iudæorũ:
ſed quia ipſe dixit, Rex ſum
iudæorum. Reſpondit Pila-
tus. Quod ſcripſi: ſcripſi.
Milites ergo cum crucifi-
xiſſent eum: acceperunt ve-
ſtimenta eius (& fecerunt
quatuor partes: vnicuique
militi partem) & tunicam.
Erat autem tunica inconſu-
tilis, deſuper contexta per
totum. Dixerunt ergo ad-
inuicem, Non ſcindamus
eam: ſed ſortiamur de illa
cuius ſit. Vt ſcriptura imple
retur, dicens. Partiti ſunt ve
ſtimenta mea ſibi: & in ve-
ſtem meam miſerũt ſortem.
Et milites quidem hæc fe-

cerunt. Stabant autem iuxta crucem IESV mater eius, & ſoror matris eius MARIA Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo IESVS matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat: dixit matri ſuæ. Mulier, ecce filius tuus. Deinde dixit diſcipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuã. Poſtea ſciens IESVS quia omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur ſcriptura dixit, Sitio. Vas autẽ erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, hyſopo circumponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo

accepiſſet IESVS acetũ: di-
xit, Conſummatum eſt. Et
inclinato capite, tradidit ſpi
ritum. ⁎ Iudæi ergo (quo-
niam paraſceue erat) vt
non remanerẽt in cruce cor
pora Sabbato (erat enim
magnus dies ille Sabbati)
rogauerũt Pilatum, vt fran-
gerentur eorum crura: & tol
lerentur. Venerunt ergo mi-
lites: & primi quidem frege-
runt crura, & alterius qui
crucifixus eſt cum eo. Ad
IESVM autem cũ veniſſent
vt viderunt eum iam mor-
tuum, nõ fregerunt eius cru
ra: ſed vnus militum lancea
latus eius aperuit, & conti-
nuo exiuit ſanguis & aqua.

Et qui vidit , teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium eius . Et ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis . Facta ſunt enim hæc vt ſcriptura impleretur , Os non comminuetis ex eo . Et iterum alia ſcriptura dicit , Videbunt in quem tranſfixerunt.

¶ Euangelium.

POſt hæc autem rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathia (eo quod eſſet diſcipulus IESV, occultus aũt propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus IESV. Et ꝑmiſit Pilatus. Venit ergo: & tulit corpus IESV. Venit autẽ & Nicodemꝰ qui venerat ad IESVM nocte primũ: fe-

tẽs mixturã myrrhę & aloes quaſi libras centum. Acceperũt autem corpus IESV, & ligauerunt eũ lintheis cũ aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixꝰ eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nõdum quiſquam poſitus fuerat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorũ, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt IESVM. Deo gratias. Verſus. Qui paſſus es ꝓ nobis. Reſpõſorium. Domine miſerere nobis. Verſꝰ. Domine exaudi orationem meã. Reſpõſoriũ. Et clamor meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui manus tuas, & pedes tuos, & totũ corpus tuum pro nobis peccatoribus in ligno crucis poſuiſti, & coronam ſpineam a Iudæis in deſpectu tui ſacratiſsimi nominis ſuper caput tuum impoſitam ſuſtinuiſti, & quinque vulnera pro nobis peccatoribus in ligno crucis paſſꝰ fuiſti da nobis hodie & quotidie vſum pœnitentiæ, abſtinentiæ, patientiæ, humilitatis, caſtitatis, lumen, ſenſum & intellectum, & puram conſcientiam vſque in finem, Per te IESV Chriſte ſaluator mũdi. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus.

Per omnia ſęcula ſæculorũ. Amen. ¶ Alia oratio.

DOmine deus oĩpotens, qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti, tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatũ: ſed ſemꝑ ad tuã iuſtitiã faciendam noſtra procedãt eloquia, dirigãtur cogitatiões & opera. Per dominũ noſtrũ IESVM CHRISTVM filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & regnat in vnitate ſpiritꝰ ſancti deus. Per omnia ſęcula ſęculorũ. Amen. Benedicamus domino. Deo gratias.

¶ Horæ beatiſſimæ virginis MARIAE ſecũdũ vſum Ro.

Domine labia mea aperies.
Et os meũ annũciabit laudẽ tuã.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuãdum me feſtina.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nũc & ſemper: & in ſæcula ſeculorum. Amen. Alleluia.

Et dicitur Alleluia, a paſcha vſque ad lxx. & a lxx. vſque ad paſc. dicitur Laus tibi domine rex æternæ gloriæ. Inuitatoriũ. Aue MARIA gratia plena: dominus tecum. Aue MARIA. Pſalmus.

VEnite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciẽ eius in confeſsiõe, & in pſalmis iubilemꝰ ei. Aue MARIA gratia plena: dominꝰ te.

Quoniam deus magnus dominus, & rex magnus ſuper

omnes deos : quoniã non re
pellet dominus plebẽ ſuam:
quia in manu eiꝰ ſunt oẽs fi-
nes terræ: & altitudines mõ
tiũ ipſe cõſpicit. Dominꝰ te
Quoniã ipſius eſt mare , &
ipſe fecit illud: & aridã fun-
dauerũt manus eius : venite
adoremus & procidamꝰ an-
te deũ: ploremus corã domi
no qui fecit nos: quia ipſe eſt
dominus deus noſter : nos
autẽ populus eiꝰ & oues pa-
ſcuæ eiꝰ . Aue MARIA gra-
tia plena: dominus tecum.
Hodie ſi vocem eius audie-
ritis , nolite obdurare cor-
da veſtra: ſicut in exacerba-
tiõe ſecũdũ diem tentatiõis
in deſerto : vbi tentauerunt

me patres veſtri: probauerũt & viderũt opa mea. Do.tec.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic: & dixi, ſemper hi errãt corde: ipſi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuraui ĩ ira mea: ſi introibũt in requiem meam. Aue MARIA.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in prĩcipio & nũc & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen. Dominus tecũ. Aue MARIA gratia plena: dominus tecũ. Hymnus.

Quem terra põtus æthera, colunt adorant prædicãt: trinam regentem machinam, clauſtrum

MARIAE baiulat.

Cui luna ſol &oĩa, deſeruiũt per tẽpora: perfuſa cæli gratia, geſtãt puellæ viſcera.

Beata mater munere, cuius ſupernus artifex: mundum pugillo continens, ventris ſub arca clauſus eſt.

Beata cæli nuncio, fœcunda ſancto ſpiritu: deſideratus gentibus, cuius per aluum fuſus eſt.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & ſancto ſpiritu, in ſempiterna ſæcula. Amen.

Iſte p̃s. & alij duo ſequen. cũ ſuis ãis. dicũtur dieb⁹ Dominicis, Lunæ & Iouis. ãn. Benedicta tu. Pſalmus.

Domīe dominꝰ noſter: quā admirabile eſt nomē tuū in vniuerſa terra.
Quoniā eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cęlos.
Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudē ꝓpter inimicos tuos: vt deſtruas inimicum & vltorem.
Quoniā videbo cælos tuos opera digitorū tuorū: lunā & ſtellas quæ tu fundaſti.
Quid eſt homo ꝙ memor es eius? aut filius hominis quoniam viſitas eum?
Minuiſti eū paulominꝰ ab angelis, gloria & honore coronaſti eū: & cōſtituiſti eū ſuper opera manuum tuarum.

Omnia ſubiecisti ſub pedibꝰ eius, oues & boues vniuerſas: inſuper & pecora cāpi.

Volucres cæli & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.

Domine dominus noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.

Gloria. ã. Benedicta tu ĩ mulieribꝰ: & benedictꝰ fructꝰ vētris tui. ãn. Sicut myrrha. ps.

CAEli enarrant gloriam dei: & opera manuũ eiꝰ annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat ſcientiam.

Non ſunt loquelę neque ſermones: quorum non audiātur voces eorum.

In omnem terram exiuit ſonus eorum : & in fines orbis terræ verba eorum .

In ſole poſuit tabernaculum ſuũ: & ipſe tanq̃ ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.

Exultauit vt gigas ad currendam viam:a ſummo cælo egreſsio eius.

Et occurſus eiꝰ vſque ad ſũmum eius : nec eſt qui ſe abſcondat a calore eius.

Lex domini immaculata cõuertẽs animas: teſtimonium domini fidele, ſapientiã præſtans paruulis.

Iuſtitiæ domini rectę, lætificãtes corda:præceptũ domini lucidũ, illuminãs oculos.

Timor domini ſanctus per-

manet in ſæculum ſæculi : iu
dicia domini vera ,iuſtifica-
ta in ſemetipſa.

Deſiderabilia ſuper aurũ &
lapidẽ precioſum multũ : &
dulciora ſuper mel & fauũ.

Etenim ſeruus tuus cuſtodit
ea:in cuſtodiendis illis retri-
butio multa.

Delicta quis intelligit? ab oc
cultis meis munda me: & ab
alienis parce ſeruo tuo.

Si mei nõ fuerint dominati,
tunc ĩmaculatus ero: & emũ
dabor a delicto maximo.

Et erũt vt cõplaceant eloqa
oris mei: & meditatio cordis
mei in cõſpectu tuo ſemper.

Domine adiutor meus: & re
demptor meus.

Gloria patri. an Sicut myrrha electa odorē dediſti ſuauitatis ſancta dei genitrix. á. Ante thorum. Pſalmus.

DOmini eſt terra & plenitudo eiꝰ: orbis terrarū & vniuerſi qui habitāt ī eo.

Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.

Quis aſcendet in montē domini? aut quis ſtabit in loco ſancto eius?

Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo.

Hic accipiet benedictionem a domino: & miſericordiam a deo ſalutari ſuo.

Hęc eſt generatio q̄rētiū eū:
quęrentium faciē dei Iacob.
Attollite portas prīcipes ve
ſtras, & eleuamini portę ęter
nales: & ītroibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ? do-
minus fortis & potens : do-
minus potens in prælio.
Attollite portas prīcipes ve
ſtras, & eleuamini portę ęter
nales: & ītroibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ? do-
minus virtutum ipſe eſt rex
gloriæ.
Gloria. á. Ante thorū huius
virginis freq̄ntate nobis dul
cia cātica dramatis. Verſus.
Diffuſa eſt gratia in labijs
tuis. Reſpon. Propterea be-
nedixit te deus in æternum

Pater noſter. Et ne nos. Sed
libera. Benedictio. Precibus
& meritis. vt ſequitur poſt.

¶ Iſte pſal. & alij duo ſequē
tes cum ſuis āis. dicũtur die-
bus Martis, & Veneris. ān.
Speciē tua. Pſalmus.

ERuctauit cor me-
um verbum bo-
nũ: dico ego ope-
ra mea regi.

Lingua mea calamus ſcribę:
velociter ſcribentis.

Specioſus forma præ filijs
hominum, diffuſa eſt gratia
in labijs tuis: propterea bene
dixit te deus in æternum.

Accingere gladio tuo ſuper
femur tuum: potentiſsime.

Specie tua & pulchritudine

tua : intende proſpere, procede & regna.

Propter veritatē & māſuetudinē & iuſtitiā: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittę tuę acutę populi ſub te cadent in corda inimicorum regis.

Sedes tua deꝰ in ſęculū ſęculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatē : propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.

Myrrha & gutta & caſia a veſtimētis tuis a domibus eburneis: ex qbꝰ delectauerūt te filiæ regū in honore tuo.

Aſtitit regina a dextris tuis

in veſtitu deaurato : circun-
data varietate.
Audi filia & vide, & inclina
aurē tuā:&obliuiſcere popu
lum tuū & domū patris tui.
Et cōcupiſcet rex decorem
tuū : quoniā ipſe eſt dominꝰ
deus tuus, & adorabūt eum.
Et filiæ Tyri in muneribus:
vultum tuum deprecabūtur
omnes diuites plebis.
Omnis gloria eius filiæ regis
ab intus in fimbrijs aureis:
circumamicta varietatibus.
Adducētur regi virgīes poſt
eā: ꝓxime eius afferētur tibi.
Afferētur ī lætitia & exulta-
tiōe: adducētur ī tēplū regis.
Pro patribus tuis nati ſunt ti
bi filij: conſtitues eos princi-

pes ſuper omnem terram.
Memores erunt nominis tui domine: in omni generatione & generationem.
Propterea populi cõfitebuntur tibi in æternum: & in ſæculum ſæculi.
Gloria. ã. Specie tua & pulchritudine tua intende proſpere, procede & regna. ãn. Adiuuabit. Pſalmus.

DEꝰ noſter refugiũ & virtus: adiutor ĩ tribulationibus q̃ ĩuenerũt nos nimis.
Propterea nõ timebimus dũ turbabitur terra: & tranſferentur montes in cor maris.
Sonuerunt & turbatæ ſunt aquæ eorũ: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat
ciuitatē dei : ſanctificauit ta-
bernaculum ſuū altiſsimus.
Deus in medio eius non cō-
mouebitur : adiuuabit eam
deus mane diluculo.
Conturbatæ ſunt gentes &
inclinata ſunt regna : dedit
vocem ſuam, mota eſt terra.
Dominus virtutū nobiſcū :
ſuſceptor noſter deꝰ Iacob.
Venite & videte opa domini
ꝗ poſuit pdigia ſup terrā : au
ferēs bella vſq ad finē terræ.
Arcū conteret & cōfringet
arma : & ſcuta cōburet igni.
Vacate & videte quoniā ego
ſum deus : exaltabor in gen-
tibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutū nobiſcū :

ſuſceptor noſter deꝰ Iacob
Gloria. ã Adiuuabit eã deus
vultu ſuo: deus in medio eiꝰ
non commouebitur. ãn. Si-
cut lætantium. Pſalmus.

FVndamenta eius in mon
tibus ſanctis: diligit domi
nus portas Sion ſuper om-
nia tabernacula Iacob.

Glorioſa dicta ſunt de te: ci-
uitas dei.

Memor ero Raab & Baby-
lonis: ſcientium me.

Ecce alienigenæ & Tyrꝰ &
populus AEthiopũ: hi fue-
runt illic.

Nunquid Sion dicet homo,
& homo natus eſt in ea: &
ipſe fundauit eã altiſſimus?

Dominꝰ narrabit in ſcriptu-

ris populorum & principū:
horum qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omniū: ha-
bitatio eſt in te.
Gloria. ā. Sicut lætātiū oīm
noſtrū, habitatio eſt in te ſan
cta dei genitrix. Ver. Diffuſa
eſt gratia in labijs tuis. Reſp.
Propterea benedixit te deus
in æternum. Pater no. Et ne.
Benedictio. Precibus & me.
vt ſequitur poſt. Iſte pſal.
& alij duo ſeq. cū ſuis āis. di-
cūtur diebꝰ Mer. & Sabba-
ti. ān. Gaude MARIA. p̄s.

Cantate domino
canticū nouū: cā-
tate domino om-
nis terra.
Cantate domino & benedi.

cite nomini eius: annunciate
de die in diem ſalutare eius.
Annunciate inter gẽtes gló-
riam eius : in omnibus popu
lis mirabilia eius.
Quoniã magnus dominꝰ &
laudabilis nimis:terribilis eſt
ſuper omnes deos.
Quoniã oẽs dij gẽtiũ dęmo
nia:dominus aũt cęlos fecit.
Confeſsio & pulchritudo in
conſpectu eius: ſanctimonia
& magnificentia in ſanctifi-
catione eius.
Afferte domino patriæ gen
tium, afferte domino gloriã
& honorem ; afferte domi-
no gloriam nomini eius .
Tollite hoſtias & introite in
atria eius:adorate dominum

ı atrio ſancto eius.
Cõmoueatur a facie eius vnı
uerſa terra: dicite in gẽtibus,
quia dominus regnauit.
Etenim correxit orbẽ terræ
qui nõ cõmouebitur: iudica-
bit populos in æquitate.
Lætẽtur cæli & exultet ter-
ra, cõmoueatur mare & ple
nitudo eius: gaudebũt cam-
pi & omnia quæ in eis ſunt.
Tunc exultabunt omnia li-
gna ſyluarum a facie domini
quia venit: quoniam venit
iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æ-
quitate: & populos in veri-
tate ſua.
Gloria. ãn. Gaude MARIA
virgo: cunctas hæreſes ſola

interemiſti in vniuerſo mundo.. án Dignare. Pſalmus

Dominus regnauit, exultet terra: lætentur inſulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.

Ignis ante ipſum præcedet: & inflãmabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & commota eſt terra.

Montes ſicut cera fluxerunt a facie domini: a facie domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iuſtitiam eius: & viderũt omnes populi gloriam eius.

Confundãtur omnes qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulacris ſuis.
Adorate eũ oẽs angeli eius: audiuit & lætata eſt Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua domine.
Quoniã tu domin⁹ altiſsim⁹ ſuper oẽm terrã: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.
Qui diligitis dominũ odite malũ, cuſtodit dominus animas ſanctorũ ſuorũ: de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: & rectis corde lætitia.
Lætamini iuſti in domino: & cõfitemini memoriæ ſanctificationis eius.
Gloria. ãn. Dignare me lau-

dare te virgo ſacrata: da mihi virtutem cõtra hoſtes tuos. ã. Poſt partum. Pſalmus.

CAntate domino canticũ nouũ: qa mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera eius: & brachium ſanctum eius.

Notum fecit dominus ſalutare ſuum: in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiã ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſrael.

Viderunt omnes termini terræ: ſalutare dei noſtri.

Iubilate deo omnis terra: cãtate & exultate & pſallite.

Pſallite domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus & voce tu-

ſæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis domini, moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu, ſimul mõtes exultabunt a cõſpectu domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbẽ terrarũ in iuſtitia: & populos in ęquitate. Gloria. ãn. Poſt partũ virgo inuiolata ꝑmãſiſti: dei genitrix intercede ꝓ nobis. Verſ. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Reſp. Propterea benedixit te de' in æternũ. Pater noſter. Et ne. Sed li. Benedictio
Precibus & meritis beatiſsimæ & glorioſiſsimæ

ſemꝑque virginis MARIAE & omniũ ſanctorũ & ſancta rũ ꝑducat nos dominus noſter IESVS CHRISTVS ad regna cælorũ. Amẽ. Iube domine benedicere. Benedictio. Nos cũ prole pia benedicat virgo MARIA. Amẽ. Lec. j.

IN omnibꝰ requiẽ quæſiui: & in hæreditate domini morabor. Tũc p̃cepit & dixit mihi creator omniũ: & q creauit me reqeuit in tabernaculo meo: & dixit mihi, In Iacob inhabita, & in Iſrael hæreditare: & in electis meis mitte radices. Tu aũt domine miſerere noſtri. Deo gratias. Reſp. Sãcta & immaculata virginitas, quibꝰ te lau-

dibꝰ efferã? neſcio. Quia quẽ cæli capere nõ poterãt, tuo gremio cõtuliſti. Ver. Benedicta tu in mulieribꝰ: & benedictꝰ fructus vẽtris tui. Quia quẽ cęli. Iube domine benedicere. In oĩ tribulatione & anguſtia noſtra ſuccurrat nobis virgo MARIA. Amẽ. L. ij.

ET ſic in Siõ firmata ſum: & in ciuitate ſanctificata ſimiliter requieui: & in Hieruſalẽ poteſtas mea. Et radicaui ĩ populo honorificato: & in partes dei mei hæreditas illiꝰ. Et in plenitudine ſãctorũ detẽtio mea. Tu. Reſ. Btã es virgo MARIA quæ dominũ portaſti creatorem mũdi. Genuiſti qui te fecit,

& in æternũ ꝑmanes virgo. Verſ. Aue MARIA gratia plena: domin⁹ tecũ. Genuiſti q̄ te fecit & in æternũ. Iube domine benedicere. Per virginem matrem concedat nobis dominus ſalutem & pacem. Amen. Lectio tertia.

QVaſi cędrus exaltata ſũ in Libano: & quaſi cypreſſus in mõte Siõ. Quaſi palma exaltata ſũ in Cades, & quaſi plãtatio roſę in Hierico. Quaſi oliua ſpecioſa in cãpis: & quaſi platanus exaltata ſũ iuxta aquas in plateis. Sicut cinnamomũ & balſamũ aromatizãs odorẽ dedi. Quaſi myrrha electa dedi ſuauitatem odoris.

Tu. Reſp. Fœlix nāque es ſacra virgo MARIA, & omni laude digniſsima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſtitiæ CHRISTVS deꝰ noſter. Ver. Ora ꝓ populo: īterueni ꝓ clero: intercede pro deuoto fœmineo ſexu: ſentiāt oēs tuū leuamē, ꝗcunque celebrāt tuā cōmemorationē. Quia ex te ortꝰ eſt ſol iuſtitię CHRISTVS deꝰ noſter. Gloria pa. CHRISTVS deꝰ no. ¶ Cāticū ſctõrū Ambroſij & Auguſtini.

TE deū laudamus: te dominum confitemur.

Te æternū patrē: om-

nis terra veneratur.
Tibi omnes angeli : tibi cæli & vniuerſæ poteſtates.
Tibi cherubin & ſeraphin : inceſſabili voce proclamāt.
Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus ſabaoth.
Pleni ſunt cæli & terra: maieſtatis gloriæ tuæ.
Te glorioſus : apoſtolorum chorus.
Te prophetarum: laudabilis numerus.
Te martyrum candidatus : laudat exercitus.
Te per orbē terrarū : ſancta confitetur eccleſia.
Patrē : immenſæ maieſtatis.
Venerandum tuum verum: & vnicum filium.

Sanctum quoque: paraclitũ ſpiritum.
Tu rex gloriæ Chriſte.
Tu patris : ſempiternus es filius.
Tu ad liberãdum ſuſceptu-rus hominem:non horruiſti virginis vterum.
Tu deuicto mortis aculeo: aperuiſti credentibus regna cælorum.
Tu ad dexteram dei ſedes : in gloria patris.
Iudex crederis : eſſe ventu-rus.
Te ergo quæſumus famulis tuis ſubueni : quos precioſo ſanguine redemiſti.
AEterna fac : cũ ſanctis tuis in gloria numerari.

Gloria patri & filio: & ſpiri
tui ſancto.
Sicut erat in principio. añ.
Aſſumpta eſt MARIA. ps.

DOminus regnauit decorem indutus eſt: indutus eſt dominus fortitudinē & præcinxit ſe.

Etenim firmauit orbē terræ: qui non commouebitur.

Parata ſedes tua deus extūc: a ſæculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.

Eleuauerūt flumina fluctus ſuos: a vocibus aquarū multarum.

Mirabiles elatiōes maris: mirabilis in altis dominus.

Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuā decet ſanctitudo domine in longitudinem dierum.

Gloria. ã Aſſumpta eſt MARIA in cælũ:gaudẽt angeli, laudãtes benedicunt dominum. ãn Maria virgo. ps.

IVbilate deo omnis terra: ſeruite domino in lætitia.

Introite in conſpectu eius : in exultatione.

Scitote quoniam dominus ipſe eſt deus : ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Populus eius & oues paſcuę eius , introite portas eius in cõfeſsione:atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius quoniã ſuauis eſt dominus, in æternum miſericordia eiꝰ: & vſque in generatione & generationem veritas eius.

Gloria.ã. Maria virgo aſſum pta eſt ad æthereum thala- mũ: in quo rex regũ ſtellato ſedet ſolio.ãn. In odorẽ. ps.

DEus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quã multipliciter tibi caro mea.

In terra deſerta, inuia, & in- aquoſa, ſic in ſancto apparui tibi: vt viderem virtutẽ tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior eſt miſe- ricordia tua ſuper vitas: la- bia mea laudabunt te.

Sic benedicã te in vita mea: & in nomine tuo leuabo ma nus meas.

Sicut adipe & pinguedine re pleatur aĩa mea: & labijs ex-

ultationis laudabit os meũ.
Sic memor fui tui ſup ſtratũ meũ, ĩ matutinis meditabor in te:quia fuiſti adiutor meꝰ.
Et in velamento alarũ tuarum exultabo, adhæſit anima mea poſt te : me ſuſcepit dextera tua.
Ipſi vero in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ : tradentur in manus gladij, partes vulpium erunr.
Rex vero lætabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo : quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.
DEꝰ miſereatur noſtri & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos,

& miſereatur noſtri.
Vt cognoſcamꝰ in terra viã
tuam : in omnibus gentibus
ſalutare tuum.
Confiteãtur tibi populi deꝰ:
cõfiteantur tibi populi oẽs.
Lætentur & exultent gẽtes,
quoniam iudicas populos in
æquitate : & gentes in ter-
ra dirigis.
Cõfiteantur tibi populi de-
us, cõfiteantur tibi populi
omnes : terra dedit fructum
ſuum.
Benedicat nos deus deus no
ſter benedicat nos deꝰ: & me
tuant eũ omnes fines terræ.
Gloria. ã. In odorẽ vnguen-
torum tuorum currimus: a
doleſcentulæ dilexerunt te

nimis. ān. Benedicta filia.

¶ Canticum triū puerorū.

Benedicite oīa opera domini domino; laudate & ſupexaltate eum in ſęcula.

Benedicite āgeli domini domīo: benedicite cæli domīo.

Benedicite aquæ omnes quę ſuper cælos ſunt domino; benedicite omnes virtutes domini domino.

Benedicite ſol & luna domino: benedicite ſtellæ cæli domino.

Benedicite imber & ros domino: benedicite omnis ſpiritus dei domino.

Benedicite ignis & æſtus domino: benedicite frigus & æſtas domino.

Benedicite rores & pruina domino : benedicite gelu & frigus domino.

Benedicite glacies & niues domino : benedicite noctes & dies domino.

Benedicite lux & tenebræ domino: benedicite fulgura & nubes domino.

Benedicat terra dominum : laudet & ſuperexaltet eũ in ſæcula.

Benedicite montes & colles domino:benedicite vniuerſa germinãtia in terra domino.

Benedicite fontes domino : benedicite maria & flumina domino.

Benedicite cete & oĩa quæ mouentur in aquis domino:

benedicite omnes volucres cæli domino.

Benedicite omnes beſtiæ & pecora domino : benedicite filij hominum domino.

Benedicat Iſrael dominum: laudet & ſuperexaltet eũ in ſæcula.

Benedicite ſacerdotes domi ni domino : benedicite ſerui domini domino.

Benedicite ſpiritus & animę iuſtorũ domino : benedicite ſctĩ & hũiles corde domĩo.

Benedicite Anania, Azaria, Miſael domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſęcula.

Benedicamus patrem & filium cum ſancto ſpiritu: laudemus & ſuperexaltemꝰ cũ

in ſæcula.

Benedictus es domine in firmamento cæli: & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.

ã. Benedicta filia tu a domĩo quia ꝑ te fructũ vitę communicauimus. ã. Pulchra es. ps.

LAudate dominũ de cælis: laudate eũ in excelſis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eũ ſol & luna: laudate eũ oẽs ſtellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ quæ ſuper cęlos ſũt laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit & facta ſũt: ipſe mãdauit & creata ſunt.

Statuit ea in æternum & in ſæculum ſæculi: præceptum poſuit & non præteribit.

Laudate dominũ de terra: dracones & omnes abyſſi.

Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cædri.

Beſtiæ & vniuerſa pecora: ſerpentes & volucres pennatæ.

Reges terræ & omnes populi: principes & omnes iudices terræ.

Iuuenes & virgines, ſenes cũ iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum eſt

nomen eius ſolius.

Confeſsio eius ſuper cælum & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus oĩbus ſanctis eius: filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi.

Cantate domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomẽ eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo: & exaltauit mãſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria:

lætabuntur in cubilibus ſuis.
Exultationes dei in gutture
eorum: & gladij ancipites in
manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in
nationibus: increpationes in
populis.
Ad alligandos reges eorum
in cõpedibus: & nobiles eo-
rum in manicis ferreis.
Vt faciant in eis iudiciũ con
ſcriptum: gloria hæc eſt om
nibus ſanctis eius.
Laudate dominũ in ſan-
ctis eius: laudate eum in
firmamento virtutis eius.
Laudate eum in virtutibus
eius: laudate eum ſecundum
multitudinem magnitudinis
eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eũ in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Gloria patri. ãn. Pulchra es & decora filia Hieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Capitulum.

Viderunt eam filiæ Sion, & beatiſsimã prædicauerũt: & reginæ laudauerũt eam. Deo gratias. Hymnus.

O Glorioſa domina, excelſa ſupra ſydera: qui te

creauit prouide, lactaſti ſacro vbere.

Quod Eua triſtis abſtulit, tu reddis almo germine: intrent vt aſtra flebiles, cæli feneſtra facta es.

Tu regis alti ianua, & porta lucis fulgida: vitam datam per virginem, gentes redempte plaudite.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & ſancto ſpiritu, in ſempiterna ſęcula. Amen. Verſus. Benedicta tu in mulierib⁹. Reſ. Et benedictus fructus ventris tui. ãn. Beata dei genitrix. ¶ Canticum Zacharię

BEnedictus domin⁹ deus Iſrael: quia viſitauit & fe

cit redemptionẽ plebis ſuæ.
Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui.
Sicut locutus eſt per os ſanctorũ: qui a ſæculo ſunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis noſtris: & de manu omniũ qui oderunt nos.
Ad faciendam miſericordiã cum patribus noſtris: & memorari teſtamenti ſui ſancti.
Iuſiurandum quod iurauit ad Abrahã patrẽ noſtrum: daturum ſe nobis.
Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati: ſeruiamus illi.
In ſanctitate & iuſtitia corã ipſo: omnibus diebus no-

ſtris.
Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis : præibis enim ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandam ſcientiam ſalutis plebi eius:in remiſsionem peccatorum eorum.
Per viſcera miſericordiæ dei noſtri:in quibus viſitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent ; ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.
Gloria.. ã. Beata dei genitrix virgo MARIA perpetua, tẽplum domini, ſacrarium ſpiritus ſancti : ſola ſine exemplo placuiſti domĩo IESV

CHRISTO: ora pro popu-
lo: interueni pro clero: in-
tercede pro deuoto fœmi-
neo ſexu. Kyrie eleiſõ. Chri-
ſte eleiſon. Kyrie eleiſõ. Ver.
Domine exaudi orationem
meam. Reſpon. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui de beatæ MA-
RIAE virginis vtero ver
bum tuum angelo nunciãte
carnẽ ſuſcipere voluiſti, præ
ſta ſupplicibꝰ tuis: vt q̃ vere
eã dei genitricẽ credimꝰ, eiꝰ
apud te ĩterceſsiõibꝰ adiuue-
mur. Per eũdẽ dominũ no-
ſtrũ IESVM CHRISTVM
filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & re
gnat in vnitate ſpiritꝰ ſancti
deus. Per oĩa ſæcula ſæculo-

rum. Amen.

¶Commemoratio de ſanctis. ān. Sancti dei oēs intercedere dignemini pro noſtra omniūque ſalute. Verſ. Lætamini in domino & exultate iuſti. Reſp. Et gloriamini oēs recti corde. Oratio

PRotege domine populū tuū: & apoſtolorū tuorū Petri & Pauli, & aliorum apoſtolorū patrocinio confidentem, perpetua defenſione conſerua. Oratio.

OMnes ſancti tui quæſumus domīe nos vbique adiuuent: vt dum eorū merita recolimus, patrocinia ſentiamus: & pacem tuam noſtris cōcede temporibus:

& ab eccleſia tua cũctam re-
pelle nequitiã: iter, actus, &
voluntates noſtras, & om-
niũ famulorũ tuorũ in ſalu-
tis tuę proſperitate diſpone:
benefactoribus noſtris ſem-
piterna bona retribue: &om
nibus fidelibus defunctis re-
quiẽ æternã cõcede. Per do
minũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ
filiũ tuũ. Qui tecũ viuit & re
gnat in vnitate ſpiritus ſan-
cti deus. Per oĩa ſæcula ſæcu
lorũ. Amẽ. Verſus. Domine
exaudi orationẽ meã. Reſp.
Et clamor meꝰ ad te veniat.
Verſus. Benedicamus domi
no. Reſponſo. Deo gratias.

Ad matutinũ de Cruce.

DOmine labia mea aperies.
Et os meũ annunciabit laudẽ tuã.

Deus in adiutorium meum intende.

Domine ad adiuuãdum me feſtina.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in prĩcipio & nũc & ſemper: & in ſæcula ſæculorum amen. ãn. Salue crux p̃cioſa q̃ in ſanguĩe CHRISTI dedicata es: & ex mẽbris eiꝰ tãq̃ margaritas ornata. Hyꝰ.

Patris ſapiẽtia veritas diuina. Deꝰ homo captus eſt hora matutina. A ſuis diſcipulis cito derelictꝰ. Ac Iudæis venditus, traditꝰ & afflictus. ã. Adoramꝰ te CHRISTE & benedicimꝰ tibi: quia per ſanctam crucẽ tuã rede-

miſti mundũ. Per ſignũ ſan-
ctæ crucis. Liberet nos de ini
micis noſtris dominus deus
noſter. Verſus. Qui paſſꝰes
pro nobis. Reſpõ. Domine
miſerere nobis. Oremus.

DOmine IESV CHRI-
STE fili dei viui pone
paſsionẽ, crucẽ, & mortem
tuã inter iudiciũ tuũ & ani-
mam meam nunc & in hora
mortis meæ: & largiri digne
ris viuis miſericordiã & gra
tiã: defũctis veniã & requiẽ:
eccleſiæ tuæ pacẽ & concor
diã: & nobis peccatoribus vi
tam & lætitiam ſempiternã.
Qui viuis & regnas.

¶ Ad matutinum de-
ſancto ſpiritu.

Domine labia mea aperies.
Et os meũ annunciabit laudẽ tuã.

Deus in adiutoriū. Domine ad adiu. Gloria. Sicut. ā. Veni ſancte ſpiritꝰ, replē tuorū corda fideliū: & tui amoris in eis ignem accende. Hyꝰ.

NObis ſancti ſpūs gratia ſit data. De qua virgo virginū fuit obūbrata. Cū p ſanctū āgelum fuit ſalutata. Verbū caro factū eſt, virgo fœcūdata. Ver. Emitte ſpiritū tuū & creabūtur. Reſp. Et renouabis faciē terræ. oremꝰ

OMnipotens ſempiterne deus da nobis illam ſancti ſpiritus gratiam: quam diſcipulis tuis in die ſancto pētecoſtes trāſmiſiſti. Qui vi.

Ad Matutinum de Conceptione.

DOmine labia mea aperies. Et os meũ annunciabit laudẽ tuam. Deus in adiutoriũ. Domine ad adiuuandũ. Gloria patri & filio. Sicut erat. Hymnus.

BEnedicta cõceptio virginis matris MARIAE Feſtiuetur cũ gaudio: aſsit dies lætitiæ. Lætetur tota regio ſeruiens regi gloriæ. Nõ obſtante obiurgio detrahentis inuidiæ. á. Cõceptio tua dei genitrix virgo gaudiũ annũciauit ĩ vniuerſo mũdo. Ver. In cõſpectu altiſsimi immaculata permanſiſti. Reſpon. Dei genitrix intercede ꝓ nobis. Oremus.

DEus qui pro ſalute humani generis carnē glorioſæ virginis MARIAE aſſumere dignatꝰ es, & ipſam ſine macula cõcipiendã ante ſæcula in matrē præelegiſti, cõcede propitius: vt qui de eius cõceptione (quæ fuit noſtræ redēptiõis necnõ tēporũ plenitudinis exordiũ) lætamur: eiꝰ pijs interceſſionibus ab inſtantibus periculis & a morte perpetua prȩſeruemur. Qui cum deo patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Benedicamus domino. Deo gratias.

¶ Ad primã de btã MARIA.

Deus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad adiu
uãdũ me feſtina



Gloria patri. Sicut erat. Hy.

MEmēto ſalutis auctor,
ꝙ noſtri quōdam cor-
poris: ex illibata virgine, na-

ſcendo formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & ſancto ſpiritu, in ſempiterna ſecula. Amen.
an. Aſſumpta eſt. Pſalmus.
DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.
De' exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt deum

ante conſpectum ſuum.

Ecce enim deus adiuuat me; & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis; & in veritate tua diſperde illos.

Voluntarie ſacrificabo tibi & cõfitebor nomini tuo domine: quoniam bonum eſt.

Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus. Gloria patri. ps.

BEnedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.

Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.

Mitigaſti omnẽ iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos deus ſalutaris noſter: & auerte irã tuam a nobis.

Nunquid in æternum iraſceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Oſtende nobis domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.

Audiã quid loquatur in me dominus deꝰ: quoniã loquetur pacem in plebem ſuam.

Et ſuper ſanctos ſuos: & in

eos qui cõuertuntur ad cor
Verũtamen prope timentes
eum ſalutare ipſius: vt inha-
bitet gloria in terra noſtra.
Miſericordia & veritas ob-
uiauerunt ſibi: iuſticia & pax
oſculatæ ſunt.
Veritas de terra orta eſt: &
iuſtitia de cælo proſpexit.
Etenim dominus dabit beni
gnitatem: & terra noſtra da
bit fructum ſuum.
Iuſtitia ãte eum ambulabit:
& ponet in via greſſus ſuos.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
LAudate dominum om-
nes gentes: laudate eum
omnes populi.
Quoniam confirmata eſt ſu
per nos miſericordia eius: &

veritas domini manet ī æter
num . Gloria pa. Sicut erat.
A. Aſſumpta eſt MARIA in
cęlum:gaudēt angeli,laudā-
tes benedicūt dominū.Cap.

QVæ eſt iſta quę progre-
ditur quaſi aurora con-
ſurgens: pulchra vt
luna : electa vt ſol : terribilis
vt caſtrorum acies ordinata?
Deo gratias.Verſ. Dignare
me laudare te virgo ſacrata.
Reſp. Da mihi virtutē cōtra
hoſtes tuos . Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.Kyrie eleiſō.
Ver. Domine exaudi oratio
nē meam.Reſpō. Et clamor
meus ad te veniat. Oratio.

DEus qui virginalē au-
lam beatæ MARIAE

in qua habitares eligere di-
gnatus es, da quæſumus : vt
ſua nos defenſiōe munitos,
iocundos faciat ſue intereſſe
commemorationi. Qui vi-
uis & regnas deus. Per om-
nia ſæcula ſæculorū. Amen.
¶.Pro ſanctis.ān. Sancti dei
omnes intercedere dignemi
ni pro noſtra omniumque ſa
lute. Ver. Lætamini in domi
no & exultate iuſti. Reſpō.
Et gloriamini omnes recti
corde. Oratio.
EXaudi nos deus ſaluta-
ris noſter: & apoſtolorū
tuorū Petri & Pauli, & alio-
rū apoſtolorū nos tuere præ
ſidijs : quorū donaſti fideles
eſſe doctrinis. Oratio.

Omnes ſancti tui quæſu-
mus domĩe nos vbique
adiuuent: vt dum eorũ meri
ta recolimus, patrocinia ſen
tiamus: & pacem tuam no-
ſtris cõcede temporibus: &
ab eccleſia tua cunctam re-
pelle nequitiam: iter, actus,
& voluntates noſtras & om
nium famulorum tuorum in
ſalutis tuæ proſperitate di-
ſpone: benefactoribꝰ noſtris
ſempiterna bona retribue: &
omnibus fidelibus defunctis
requiem æternam concede.
Per dominum noſtrum,

¶ Ad primam de Cruce.

Deus in adiutorium meũ
intende.
Domine ad adiuuandum.

Gloria patri & filio : & ſpi-
ritui ſancto.
Sicut erat in prĩcipio & nũc
& ſemper: & in ſæcula ſæcu
lorum. Amen. Hymnus.
ERubeſcant inſenſati, qui
reſpuũt celebrare Myſte
ria tam ſacrati diei ac feſtiua
re. Quo fuerũt copulati vir
cũ ſua muliere. Peſsime ſunt
aduiſati ſic volentes deuia-
re. ãn. Conceptio tua dei ge
nitrix virgo gaudium annun
ciauit in vniuerſo mundo,
Ver. In conſpectu altiſsimi
immaculata permãſiſti. Re-
ſpon. Dei genitrix intercede
pro nobis. Oratio. Deus qui
pro ſalute. Vt ſupra.
¶ Ad.iij. de beata MARIA.

DEus in adiutoriũ meum intende.
Domine ad adiuuãdũ me feſtina.

Gloria patri. Sicut erat. Hyꝰ

Memēto ſalutis auctor,
ꝙ noſtri quondam cor
poris: ex illibata virgine, na-

ſcendo formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.
Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & ſancto ſpiritu, in ſempiterna ſæcula. Amē. Antiph.
MARIA virgo. Pſalmus.
AD dominum cum tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domīe libera animā meam a labijs iniquis: & a lingua doloſa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?
Sagittę potentis acutæ: cum

carbonibus deſolatorijs.
Heu mihi quia incolatꝰ meꝰ prolongatus eſt, habitaui cū habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea.
Cum his qui oderūt pacem erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum a domino: qui fecit cælum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui cuſtodit Iſrael.
Dominus cuſtodit te, do-

minus protectio tua: ſup manum dexteram tuam.

Per diem ſol non vret te: neque luna per noctem.

Dominus cuſtodit te ab omni malo : cuſtodiat animam tuam dominus.

Dominus cuſtodiat introitũ tuũ & exitũ tuũ: ex hoc nũc & vſque in ſæculum.

Gloria patri. Sicut erat. ps.

LAEtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi : ĩ domũ domini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Hieruſalem.

Hieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tri-

[illegible] in filium suum. Amen.
[illegible]
[illegible] Leuaui in domino [illegible]
[illegible]
[illegible]

Eus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri. Sicut erat.

Rucifige clamitant hora tertiarum. Illusus induitur veste purpurea. Caput eius pungitur coronâ spinarum. Crucem portat humeris ad locum penarum.

Adoramus te Christe & benedicimus tibi. Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum. [illegible]

STVM filium tuum. Amen.

¶Pro ſanctis. ān. Sancti dei.
Ver. Lætamini in domino.
Orationes. Protege domi. &
Omnes ſancti tui. vt ſupra.

¶Ad tertiam de Cruce.

DEus ĩ adiutoriũ meum intende.
Domine ad adiuuandum.
Gloria patri. Sicut erat. ān.
Salue crux. Hymnus.

CRucifige clamitant hora tertiarum. Illuſus induitur veſte purpurarũ. Caput eius pũgitur corona ſpinarum. Crucem portat humeris ad locum pœnarum.
ā. Adoramus te CHRISTE & benedici. vt ſupra. Oratio Domĩe IESV. Vt ſupra.

¶Ad.iij. de ſancto ſpiritu.

D Eus in adiutoriũ meum intende.

Domine ad adiuuãdum me feſtina.

Gloria patri. Sicut erat. ãn. Veni ſancte ſpiritꝰ. Hymnꝰ.

S Vum ſanctũ ſpiritũ deus delegauit. In die pentecoſtes ſuos cõfortauit. Et de linguis igneis ipſos ĩflammauit. Reliquere orphanos eos denegauit. Verſꝰ. Emitte ſpiritum tuũ & creabuntur.

Oratio. Op̃s ſem. vt ſupra.

¶Ad.iij. de conceptione.

D Eus in adiutoriũ meum intende.

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri & filio: & ſpiri

tui ſancto.

Sicut erat in prin. Hymnus.

COnceptio mirabilis ab angelo nunciata MARIAE tam laudabilis in conceptu præſeruata. Eſt vnde venerabilis eccleſia illuſtrata. Et in ſuis miraculis & laudibus honorata. ān. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudiũ annunciauit in vniuerſo mundo. Ver. In cõſpectu altiſsimi immaculata permanſiſti. Reſpon. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio. Deus qui pro ſalute humanī. vt ſupra.

¶ Ad. vj. de beata MARIA.

DEus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad adiu.
Gloria. Sicut. hy.

MEmẽto ſalutis auctor,
ꝙ noſtri quõdam corporis: ex illibata virgine, naſcendo formam ſumpſeris.

Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cũ patre & ſancto ſpũ, in ſempiterna ſæcula. Amẽ. ã In odorem.. ps.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.

Ecce ſicut oculi ſeruorũ: in manibus dominorũ ſuorũ.

Sicut oculi ancillæ in manibus domine ſuæ, ita oculi noſtri ad dominũ deũ noſtrũ: donec miſereatur noſtri.

Miſerere noſtri domine miſerere noſtri: quia multũ repleti ſumus deſpectione.

Quia multũ repleta eſt aĩa

noſtra: opprobriu abundan
tibus, & deſpectio ſuperbis.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
NIſi quia domin⁹ erat in
nobis dicat nūc Iſrael:
niſi qa domin⁹erat in nobis.
Cū exurgerēt hoīes in nos:
forteviuos deglutiſſent nos.
Cum iraſceretur furor eorū
in nos: forſitan aqua abſor-
buiſſet nos.
Torrētē ꝑtrāſiuit aīa noſtra
forſitan pertranſiſſet anima
noſtra aquā intolerabilem.
Benedictus dominus qui nō
dedit nos: in captione den-
tibus eorum.
Aīa noſtra ſicut paſſer ere-
pta eſt: de laqueo venantiū.
Laqueus cōtritus eſt: & nos

liberati ſumus.
Adiutoriũ noſtrũ ĩ noĩe do
mini: qui fecit cælũ & terrã.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
Qui confidũt in domino
ſicut mõs Siõ: nõ cõmo
uebitur in æternũ,
qui habitat in Hieruſalem.
Montes in circuitu eiꝰ, & do
minꝰ in circuitu populi ſui:
ex hoc nũc & vſque ĩ ſęculũ.
Quia nõ relinq̃t dominꝰ vir
gã peccatorũ ſuper ſortẽ iu-
ſtorũ: vt non extendant iuſti
ad iniquitatem manus ſuas.
Benefac domine: bonis &
rectis corde.
Declinãtes aũt in obligatio-
nes adducet dominꝰ cũ ope
rãtibus iniquitatẽ: pax ſuper

ſrael. Gloria patri. Cap̃m.

ET radicaui in populo ho
norificato: & ĩ partes dei
mei hæreditas illiꝰ: & ĩ pleni
tudine ſctõrũ detentio mea.
D.g. ver. Benedicta tu in mu
lieribꝰ. Reſp. Et benedictus
fructꝰ vẽtris tui. Kyrie eleiſõ.
Xp̃e el. Kyrie el. ver. Domĩe
exaudi orationem. Oremus.

COncede miſericors deꝰ
fragilitati noſtrę p̃ſidiũ:
vt q ſctẽ dei genitricis mẽo-
riã agimꝰ, ĩterceſsiõis eiꝰ auxi
lio a noſtris iniqtatibꝰ reſur-
gamꝰ. Per eũ. ¶ Pro ſctĩs. ã.
Sãcti dei. ver Lętamini. Ora
tiões. Exaudi nos. & Omnes
ſancti. vt ſupra.

¶ Ad ſextam de Cruce.

DEus in adiuto. Domine
ad adiuuan. Gloria pa.
Sicut erat. ã. Salue crux. hyꝰ.

HOra ſexta IESVS eſt cru
ci cõclauatꝰ. Et eſt cum
latronibꝰ pẽdens deputatus.
Præ tormẽtis ſitiẽs felle ſatu
ratns .: Agnꝰ crimẽ diluit ſic
ludificatꝰ. an. Adoramus te.
Oratio. Domine IESV. vt ſu.

¶ Ad. vj. de ſancto ſpiritu.

DEus in adiuto. Domine
ad adiu. Gloria patri. ã.
Veni ſancte ſpũs. Hymnus.

SEptiformẽ gratiã tũc ac-
ceptauerunt. Quare idio
mata cũcta cognouerũt. Ad
diuerſa climata mũdi receſſe
rũt. Et fidẽ catholicã tũc p̃-
dicauerunt. Ver. Emitte ſpi.

Oratio. Op̃s ſemp. vt ſupra.

❡ Ad. vj. de conceptione.

DEus in adiutorium.

D Domine ad adiuuan.

Gloria patri, Sicut erat. ps.

AVe regina cælorũ inter oẽs mitiſsima. Aue decus angelorũ inter oẽs pulcherrima. Simul & archãgelorũ omni laude digniſsima. Quæ concepta viciorũ ſine labe puriſsima. a. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudiũ annunciauit in vniuerſo mundo. Ver. In cõſpectu altiſsimi immaculata permanſiſti. Reſp. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio. Deꝰ qui pro ſalute. Vt ſupra.

❡ Ad. ix. de beata MARIA.

DEus in adiutoriū
meum intende.
Domine ad adiu
uādū me feſtina.

Gloria patri. Sicut erat. Hy.
MEmēto ſalutis auctor,
q̄ noſtri quōdam cor
poris: ex illibata virgine, na-

icendo formam ſumpſeris.
Maria mater gratiæ, mater
miſericordiæ: tu nos ab ho-
ſte protege, & hora mortis
ſuſcipe.
Gloria tibi domine, qui na-
tus es de virgine: cum patre
& ſancto ſpũ, in ſempiterna
ſęcula. Amẽ. ã. Pulchra es. p.
IN conuertendo dominus
captiuitatem Sion: facti
ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio
os noſtrũ: & lingua noſtra
exultatione.
Tunc dicent inter gentes:
magnificauit dominus face-
re cum eis.
Magnificauit dominꝰ facere
nobiſcũ: facti ſumꝰ lætantes.

Conuertere domine captiui
tatem noſtram: ſicut torrens
in auſtro.
Qui ſeminãt in lachrymis:
in exultatione metent.
Euntes ibant & flebãt: mit-
tentes ſemina ſua.
Veniẽtes autem veniẽt cum
exultatione: portãtes mani-
pulos ſuos.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
NIſi dominus ędificaue-
rit domum: in vanum
laborauerũt qui ædificãt eã.
Niſi dominus cuſtodierit ci
uitatem: fruſtra vigilat qui
cuſtodit eam.
Vanum eſt vobis ãte lucem
ſurgere: ſurgite poſtquã ſe-
deritis, qui manducatis pa-

nem doloris.

Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cũ loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria patri. Sicut erat. Ps.

BEati oẽs qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius.

Labores manuũ tuarũ quia manducabis: beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abũdãs: in lateribus domus tuæ.

Filij tui ſicut nouellæ oliua-

rum: in circuitu menſæ tuæ.
Ecce ſic benedicetur homo: qui timet dominum.
Benedicat tibi dominus ex Siõ: & videas bona Hieruſalem omnibus dieb⁹ vitæ tuę.
Et videas filios filiorũ tuorum: pacem ſuper Iſrael.
Glo. ã. Pulchra es & decora filia Hieruſalem: terribilis vt caſtrorũ acies ordinata. Cp.
IN plateis ſicut cinnamomum & balſamũ aromatizãs odorẽ dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuauitatẽ odoris. D.g. Ver. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti.
Reſp. Dei genitrix intercede pro nobis. Kyrie el. Chriſte eleiſon. Kyrie el. Domine ex

audi oratio. Et cla. Oremus.
FAmulorũ tuorum quæſu
mus domĩe delictis igno-
ſce: vt q̃ tibi placere de acti-
bus noſtris non valemus, ge
nitricis filij tui domini no-
ſtri IESV CHRISTI inter-
ceſsione ſaluemur. Per eũdẽ.
¶Pro ſanctis. ãn. Sancti dei
oẽs intercedere dignemini p̃
noſtra omniũque ſalute. ver.
Lætamini in domino & ex-
ultate iuſti. Reſp. Et gloria-
mini oẽs recti corde. Orem⁹
PReſta quæſumus omni-
potens de⁹: vt nullis nos
permittas perturbationibus
concuti, quos in apoſtolicæ
confeſsionis petra ſolidaſti.
Omnes ſancti tui. vt ſupra.

¶ Ad nonam de Cruce.

DEus in adiutoriũ meum intẽ. Domine ad adiu. Gloria. ãn Salue crux. Hyꝰ.

HOra nona dominꝰ IESVS expirauit. Heli clamans animam patri cõmendauit. Latus eius lancea miles perforauit. Terra tũc cõtremuit: & ſol obſcurauit. Ver. Adoramꝰ. Oratio. Domine IESV. vt ſupra.

¶ Ad.ix.de ſancto ſpiritu.

DEus in adiuto. Domine ad adiu. Gloria. Sicut. ãn. Veni ſancte. Hymnus.

SPiritus paraclitus fuit appellatꝰ. Donũ dei, charitas, fons viuificatus. Spiritalis vnctio, ignis inflãmatus.

Septiformis gratia chariſma vocatꝰ. Ver. Emitte. Oratio. Ops. &c.

¶ Ad ix. de cõcep.

DEus ĩ adiu. Domine ad adiu. Gloria. Sicut. hyꝰ.

TVum corpus & viſcera quæ dominũ portauerunt. Et virginalia vbera quę ipſummet lactauerunt. Beata ſint opera tua & qui crediderũt. Quod ſine labe cõcepta, poſt & ante remanſerunt. ãn. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit in vniuerſo mundo. Ver. In cõſpectu altiſſimi immaculata permanſiſti. Reſp. Dei genitrix. Oratio Deus qui pro ſalute hu. &c.

¶ Ad veſ. de btã MARIA.

DEus in adiutoriū
meū intende.
Domine ad adiu
uādū me feſtina.

Gloria patri & filio : & ſpi.
Sicut erat in prĩcipio & nũc
& ſemper. ã. Dũ eſſet rex. p̃.

DIxit domin⁹
domĩo meo:
ſede a dex-
tris meis.
Donec po-
nam ĩimicos
tuos: ſcabellũ pedũ tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet
dominus ex Siõ : dominare
in medio inimicorũ tuorũ.
Tecum principiũ in die vir-
tutis tuæ in ſplẽdoribus ſan
ctorum: ex vtero ante lucife
rum genui te.
Iurauit dominus & nõ pœ-
nitebit eum: tu es ſacerdos
in ęternum ſecundum ordi-

aem Melchiſedech.
Dominus a dextris tuis: con fregit in die iræ ſuæ reges.
Iudicabit in nationibus implebit ruinas: cõquaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibit: ꝓpterea exaltabit caput.
Gloria. ã. Dũ eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorẽ ſuauitatis. antiph. Læua eius. Pſalmus.

LAudate pueri dominũ: laudate nomen domini.
Sit nomen domini benedictum: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.
A ſolis ortu vſque ad occaſũ: laudabile nomẽ domini.
Excelſ⁹ ſuꝑ oẽs gẽtes domi-

nus: & ſup cælos gloria eius.
Quis ſicut dominus deꝰ noſter qui in altis habitat: & humilia reſpicit in cælo & in terra?
Suſcitans a terra inopem: & de ſtercore erigẽs pauperẽ.
Vt collocet eũ cũ principibus: cũ prĩcipibꝰ populi ſui.
Qui habitare facit ſterilem in domo: matrem filiorum lætantem.
Gloria. ã. Læua eius ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me. ã. Nigra ſũ. p̃.
LAEtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domũ domini ibimus.
Stantes erant pedes noſtri: in atrijs tuis Hieruſalem.

Hieruſalem quæ ædificatur
vt ciuitas: cuius participatio
eius in idipſum.

Illuc enim aſcenderunt tri-
bus tribus domini: teſtimo-
nium Iſrael ad confitendum
nomini domini.

Quia illic ſederunt ſedes in
iudicio: ſedes ſuper domum
Dauid.

Rogate quæ ad pacem ſunt
Hieruſalem: & abundantia
diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & a-
bundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos & ꝓ-
ximos meos: loquebar pa-
cem de te.

Propter domum domini dei
noſtri: quæſiui bona tibi.

Gloria..ã. Nigra ſum ſed formoſa filia Hieruſalem : ideo dilexit me rex, & introduxit me in cubiculum ſuum . ãn. Iam hyems tranſijt. p̃s.

NIſi dominus ædificauerit domũ: in vanũ laborauerunt qui ædificant eam.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem : fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ãte lucem ſurgere:ſurgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris.

Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ:ecce hęreditas domini, filij merces fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorum.

Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis : non confundetur cum loquetur inimicis ſuis in porta.

Gloria patri. ãn. Iam hyems trãſijt : imber abijt & receſſit: ſurge amica mea & veni.

ãn. Specioſa. Pſalmus.

LAuda Hieruſalem dominũ : lauda deũ tuũ Sion.

Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum : benedixit filijs tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacẽ: & adipe frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ : velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam: nebulã ſicut cinerẽ ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuã ſicut bucellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?

Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea: flabit ſpirit⁹ ei⁹ & fluent aquæ.

Qui annunciat verbũ ſuum Iacob: iuſtitias & iudicia ſua Iſrael.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

Gloria. ãn. Specioſa facta es & ſuauis in delicijs tuis ſancta dei genitrix. Capitulum.

AB initio & ante ſæcula creata ſum: & vſque ad futurum ſæculum non deſinam: & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.

Deo gratias. **Hymnus.**

AVe maris ſtella, dei ma-
ter alma: atque ſemper
virgo, fœlix cæli porta.

Sumens illud aue, gabrielis
ore: funda nos in pace, mu-
tans nomen Euę.

Solue vincla reis, profer lu-
men cæcis: mala noſtra pel-
le, bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrem, ſu-
mat per te preces: qui pro
nobis natus, tulit eſſe tuus.

Virgo ſingularis, inter om-
nes mitis: nos culpis ſolutos
mites fac & caſtos.

Vitam præſta purã, iter pa-
rã tutũ: vt vidẽtes IESVM,
ſemper collętemur.

Sit laus deo patri, ſummo

CHRISTO decus: ſpũi ſan-
cto, trinus honor vnꝰ. Amẽ.
Ver. Diffuſa eſt gratia in la-
bijs tuis. Reſpon. Propterea
benedixit te deus in æternũ
ãn. Beata mater.

Cãticũ b. MARIAE virg.

MAgnificat: anima mea
dominum.
Et exultauit ſpiritus meus:
in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatẽ an
cillæ ſuæ: ecce enim ex hoc
beatam me dicent omnes ge
nerationes.
Quia fecit mihi magna q̃ po
tẽs eſt: & ſanctũ nomẽ eius.
Et miſericordia eius a pro-
genie in progenies: timen-
tibus eum.

Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.

Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.

Suſcepit Iſrael puerũ ſuum: recordatꝰ miſericordiæ ſuæ.

Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham & ſemini eius in ſæcula.

Gloria. á. Beata mater & innupta virgo glorioſa regina mundi: intercede pro nobis ad dominũ. Kyrie el. Chriſte el. Kyrie el. Domine exaudi ora. Et cla. Oremus.

COncede nos famulos tuos q̃ſumus domine deu

perpetua mentis & corporis ſanitate gaudere : & glorioſa beatæ MARIAE ſemper virginis interceſsione a præſenti liberari triſtitia: & ęterna perfrui lætitia. Per do.

¶ Pro ſanctis. ãn. Sancti dei oẽs ĩtercedere dignemini ꝓ noſtra omniũque ſalute. ver. Lætamini ĩ domino & exultate iuſti. Reſp. Et gloriamini oẽs recti corde. Oremus.

PRotege domine populũ tuũ : & apoſtolorũ tuorum Petri & Pauli, & aliorũ apoſtolorũ patrocinio confidentem, perpetua defenſione cõſerua. Oratio.

OMnes ſancti tui quæſumus domine nos vbi-

que adiuuent: vt dū eorū merita recolimꝰ, patrocinia ſentiamus : & pacem tuam noſtris cōcede temporibus : & ab eccleſia tua cunctam repelle nequitiam : iter, actus, & volūtates noſtras, & omnium famulorum tuorum in ſalutis tuæ proſperitate diſpone : benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribue: & omnibus fidelibꝰ defunctis requiem æternā concede. Per dominum noſtrū.

¶ Ad veſperas de Cruce.

Deus in adiutoriū meum intende.

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut eratã. Salue crux. Hy͂

DE cruce deponitur ho-
ra veſpertina. Fortitu-
do latuit in mēte diuina. Ta
lem mortē ſubijt vitæ medi-
cina. Heu corona gloriæ ia-
cuit ſupina. ã. Adoramus te
CHRISTE & benedicimus
tibi: quia ꝑ ſanctã crucē tuã
redemiſti mundum. Verſus.
Qui paſſus es ꝓ nobis. Re-
ſponſoriũ. Domine miſere-
re nobis. Oremus.

DOmine IESV CHRI-
STE fili dei viui pone
paſsionē, crucē, & mortem
tuã inter iudiciũ tuũ & ani-
mam meam nunc & in hora
mortis meæ: & mihi largiri
digneris gratiã & miſericor

diam : viuis & defunctis re-
quiem & veniã: eccleſiæ tuæ
pacẽ & concordiã: & nobis
peccatoribus vitam & læti-
tiam ſempiternã. Qui viuis.

¶ Ad veſ. de ſancto ſpiritu

DEus in adiutorium.
D Domine ad adiuuandũ.
Gloria. ãn. Veni ſancte ſpiri
tus, reple tuorum corda fide
liũ : & tui amoris in eis ignẽ
accende. Hymnus.

DExtre dei digitus virtus
ſpiritalis Nos defẽdat,
eruat ab omnibus malis. Vt
nobis non noceat demõ in-
fernalis. Sed protegat, foue-
at, nutriat ſub alis. ver. Emit
te ſpiritum tuum & creabun
tur. Reſpon. Et renouabis fa

ciem terræ. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus da nobis illā ſancti ſpiritus gratiam: quam diſcipulis tuis in die ſancto pētecoſtes tranſmiſiſti. Qui vi.

¶ Ad veſpas de cōceptiōe.

DEus ī adiutoriū meum intende.

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri. Sicut erat. Hy.

SAlue mater ſaluatoris, q̄ es ſoror inſignita. Salue quia deum paris, angelorum ſol & vita. Salue virgo ſingularis, vere ſacra margarita. Salue quia ſtella maris, es ſine labe concepta. ā. Conceptio tua dei genitrix virgo gaudiū annunciauit in vni-

uerſo mundo. Ver In cõſpe
ctu altiſsimi immaculata per
mãſiſti. Reſpõ Dei genitrix
intercede ꝑ nobis. Oremus.

DEus qui ꝑ ſalute huma
ni generis carnẽ glorio
ſæ virginis MARIAE aſſu-
mere dignatus es, & ipſam ſi
ne macula concipiendã ante
ſæcula in matrẽ præelegiſti,
concede propitius: vt qui de
eiꝰ cõceptiõe quę fuit noſtrę
redẽptiõis necnon tẽporum
plenitudinis exordiũ, læta-
mur: eius pijs interceſsioni-
bus ab inſtantibus periculis
& a morte perpetua præſer
uemur. Qui cum deo patre
& ſpũ ſctõ viuis & reg. deꝰ.

❡ Ad cõple. de b. MARIA

Conuerte nos deꝰ ſalutaris noſter.
Et auerte irã tuã a nobis.

Deus in adiutoriũ meũ inte.
Domine ad adiuuandum.
Gloria patri. Sicut erat. p̃s

SAEpe expugnauerũt me a iuuentute mea : dicat nunc Iſrael.

Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea : etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolõgauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus iuſtus cõcidet ceruices peccatorũ: cõfundantur & cõuertãtur retrorſum omnes qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorũ: quod priuſquam euellatur exaruit.

De quo non impleuit manũ

ſuam qui metet : & ſinū ſuū qui manipulos colliget.

Et nō dixerunt qui præteribant, benedictio domini ſuper vos: benedicimus vobis in nomine domini.

Gloria patri. Sicut erat. ps.

DE ꝓfundis clamaui ad te domine : domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendētes : in vocē deprecatiōis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris domine : domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te ꝓpiciatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.

Suſtinuit anima mea in verbo eius : ſperauit anima mea

in domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem ; ſperet Iſrael in domino.
Quia apud dominū miſericordia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael; ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria patri. Sicut erat. p̄s.

D Omine non eſt exaltatum cor meū: neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibꝰ ſup me.
Si non humiliter ſentiebam: ſed exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus eſt ſup matre ſua ; ita retributio in anima mea.

Speret Iſrael in domino: ex hoc nũc & vſque in ſæculũ. Gloria patri. Sicut erat. hy.

MEmẽto ſalutis auctor, ꝙ noſtri quõdam corporis: ex illibata virgine, naſcendo formam ſumpſeris. Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ: tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe.

Gloria tibi domine, qui natus es de virgine: cum patre & ſancto ſpũ, in ſempiterna ſęcula. Amen. Capitulum.

EGo mater pulchrę dilectionis & timoris, & magnitudinis & ſctẽ ſpei. Deo gratias. Ver. Ora pro nobis ſancta dei genitrix. Reſpon.

tum tuũ & creabũtur. Reſp.
Et renouabis faciem terræ.
Oratio. Oṗs ſempi. vt ſupra

Recommendatio.

HAs horas canonicas cũ deuotione Tibi ſancte ſpiritus pia ratione Dixi : vt nos viſites inſpiratione. Vt viuamus iugiter cæli regione. Amen.

Ad cõpletoriũ de cõcep.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter.
Et auerte irã tuam a nobis.
Deus in adiutorium meum.
Domine ad adiuuandum.
Gloria patri. Sicut erat. Hyꝰ

MAtris dei cõceptio eſt noſtræ redemptionis Potiſsima inceptio atque re-

parationis. Et non mirum exemptio antiquæ contagionis Fuit, & ĩ principio ipſiꝰ creatiõis. á Cõceptio tua dei genitrix virgo gaudium annunciauit in vniuerſo mundo. Verſus In conſpectu altiſsimi immaculata permanſiſti. Reſpõ Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio. Deꝰ qui ꝑ ſalute. vt ſupra.

¶Recommendatio.

COnceptiõis honore has horas CHRISTE diximus Corde deuoto & ore matris tuæ quã petimus. Vt nos mundes a fetore peccatorũ quæ fecimus. Precum ſuarum fauore vt ĩ cælo tecum ſimus. Amen.

Canticum filiorum Eue.

Salue regīa miſericordię, vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules filij Euę. Ad te ſuſpiramus gementes & flētes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Et IESVM benedictū fructum ventris tui nobis poſt hoc exiliū oſtende. O clemens. O pia. O dulcis MARIA. Ver. Ora ꝓ nobis ſancta dei genitrix. Res. Vt digni efficiamur promiſſionibꝰ CHRISTI. Oratio.

Omnipotens ſempiterne deus qui glorioſæ virginis MARIAE corpus & ani

mam vt dignum filij tui ha-
bitaculũ effici mereretur, ſpi
ritu ſancto cooperante prę-
paraſti: da vt cuius comme-
moratione lætamur, eius pia
interceſsione ab inſtantibus
malis & a morte perpetua li
beremur. Per eundem.

❧ In aduen.do. officiũ bea-
tæ MARIAE dicitur modo
prædicto: exceptis ſpeciali-
bus ãis, in tp̃e inferius ordi-
natis. ¶ Ad veſp. primi ſab.
de aduẽ.do. vſque ad vigiliã
nati.do. agitur officiũ modo
ſubſcripto. ❧ Sab. ante pri-
mã do. de aduẽ. Ad veſpas.

Deus in adiutoriũ meum
intende.

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri. ān. Miſſus eſt. cum reliquis āis. de lau. Pſal. Dixit dominꝰ. Laudate pue. cum reliquis pſalmis. Cap.

EGredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet : & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. Deo gratias. Hyꝰ. Aue maris ſtella. Verſus. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Reſpon. Propterea benedixit te deus in ęternum. Ad Mag. ā. Spiritus ſanctus in te deſcendet MARIA: ne timeas habens in vtero filium dei alleluia. Oratio. Deus qui de beatæ MARIAE. ān. Ecce dominus veniet, & oēs ſancti eius cum eo: & erit in die illa lux

mam vt dignum filij tui ha-
bitaculũ effici mereretur,ſpi
ritu ſancto cooperante prę-
paraſti: da vt cuius comme-
moratione lætamur,eius pia
interceſsione ab inſtantibus
malis & a morte perpetua li
beremur. Per eundem.

❧ In aduen.do. officiũ bea-
tæ MARIAE dicitur modo
prædicto: exceptis ſpeciali-
bus ãis,in tp̄e inferius ordi-
natis. ℂ Ad veſꝑ.primi ſab.
de aduẽ.do. vſque ad vigiliã
nati.do. agitur officiũ modo
ſubſcripto. ❧ Sab.ante pri-
mã do.de aduẽ. Ad veſpas.

Deus in adiutoriũ meum
intende.

Domine ad adiuuandum.

Gloria patri. ān. Miſſus eſt. cum reliquis āis. de lau. Pſal Dixit dominꝰ. Laudate pue. cum reliquis pſalmis. Cap.

EGredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet: & requieſcet ſuper eum ſpiritus domini. Deo gratias. Hyꝰ. Aue maris ſtella. Verſus. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. Reſpon. Propterea benedixit te deus in ęternum. Ad Mag. ā. Spiritus ſanctus in te deſcendet MARIA: ne timeas habens in vtero filium dei alleluia. Oratio. Deus qui de beatæ MARIAE. ān. Ecce dominus veniet, & oēs ſancti eius cum eo: & erit in die illa lux

magna alleluia. Verſ. Ecce apparebit dominus ſuꝑ nubem candidam. Reſp. Et cũ eo ſanctorum milia. Oratio.

COnſcientias noſtras quę ſumus domine viſitãdo purifica: vt veniẽs filiꝰ tuꝰ dominꝰ noſter IESVS CHRISTVS cum omnibꝰ ſanctis, paratã ſibi in nobis inueniat manſionem. Qui tecum vi.

¶ Ad completorium.

COnuerte nos deus ſalutaris noſter,
Et auerte irã tuam a nobis.
Deus in adiutorium meum,
Domine ad adiuuandum.
Gloria patri. pſal. Sæpe expugnauerũt, De profundis. Domine non eſt exal. Hy.

Memento ſalutis. Capitulũ.

ECce virgo concipiet, & pariet filium: & vocabitur nomen eiꝰs Emmanuel: butyrum &mel comedet: vt ſciat reprobare malũ, & eligere bonũ. Deo gratias. ver. Angelꝰ domini nũciauit MARIAE. Reſpõ Et concepit de ſpiritu ſancto. ã. Spiritus ſanctus, vt ſupra in veſperis de aduentu. pſ. Nunc dimit.

¶ Ad matutinũ omnia dicũtur ſicut ante aduen. domini vſque ad lectiones: excepta ãn. ix. pſal. Et loco eiꝰ vbi dicitur Poſt partũ. dicitur ãn. Angelus. Et loco illarum lectionum. ſcilicet In omnibꝰ requiem. Et ſic in Siõ. Qua-

ſi cædrus . dicitur lectiones ſequentes. Lectio prima.

Miſſus eſt angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galilęæ, cui nomen Nazareth, ad virginē deſpōſatam viro, cui nomē erat Ioſeph, de domo Dauid: & nomen virginis MARIA. Et ĩgreſſus angelus ad eam, dixit. Aue gratia plena: dominus tecū: benedicta tu in mulieribus. Tu autē. Reſp. Miſſus eſt Gabriel angelus ad MARIAM virginē deſpōſatam Ioſeph, nunciās ei verbū: & expaueſcit virgo de lumine: ne timeas MARIA: inueniſti gratiam apud dominum. Ecce concipies, & paries:

& vocabitur altiſsimi filius.
Verſus. Dabit ei dominus
deus ſedē Dauid patris eius:
& regnabit in domo Iacob
in æternū. Ecce cō. Lect.ij.

QVæ cū audiſſet, turba-
ta eſt ī ſermone eius: &
cogitabat qualis eſ-
ſet iſta ſalutatio. Et ait ange-
lus ei. Ne timeas MARIA,
inueniſti enim gratiam apud
deū. Ecce cōcipies in vtero,
& paries filiū: & vocabis no
mē eiꝰ IESVM. Hic erit ma
gnus: & filius altiſsimi voca
bitur. Et dabit ei dominꝰ deꝰ
ſedem Dauid patris eius: &
regnabit in domo Iacob in
æternum: & regni eius non
erit finis. Tu aūt. Reſp. Aue

MARIA gratia plena: do mi
nus tecum. Spũſſanctus ſu-
perueniet in te; & virtus al-
tiſsimi obũbrabit tibi: quod
enim ex te naſcetur ſanctũ,
vocabitur filius dei. Verſus.
Quomodo fiet iſtud? quo-
niam virum non cognoſco:
& reſpondens angelus dixit
ei. Spirituſſanctus. Lect. iij.

DIxit autem MARIA ad
angelũ. Quomodo fiet
iſtud? quoniã virũ nõ cogno
ſco. Et reſpõdẽs angelus di-
xit ei. Spũſſanctus ſuperue-
niet in te; & virtus altiſsimi
obumbrabit tibi. Ideoque &
quod naſcetur ex te ſanctũ,
vocabitur filius dei. Et ecce
Elizabeth cognata tua: &

ipſa cõeepit filiũ in ſenectu-
te ſua. Et hic menſis eſt ſex-
tus illi quæ vocatur ſterilis :
quia nõ erit ĩpoſsibile apud
deum omne verbum . Dixit
autẽ MARIA. Ecce ancilla
domini: fiat mihi ſecũdũ ver
bum tuũ. Tu aũt. Reſp. Suſ-
cipe verbũ virgo MARIA,
quod tibi a domino per an-
gelum tranſmiſſum eſt : con
cipies deũ pariter & homi-
nẽ, Vt benedicta dicaris in-
ter oẽs mulieres. Ver. Paries
quidẽ filiũ: & virginitatis nõ
patieris detrimentũ : efficie-
ris grauida: & eris mater ſem
per intacta. Vt benedicta di.
Gloria patri. Vt benedicta.
¶ In laudibus. ãn. Miſſus eſt

Gabriel āgelꝰ ad MARIAM
virginē deſponſatā Ioſeph.
p̄s. Dominus regnauit deco.
ān. Aue MARIA gratia ple
na, dominus tecū: benedicta
tu in mulieribus alleluia. p̄s.
Iubilate ān. Ne timeas MA-
RIA, inueniſti gratiam apud
dominum : ecce concipies
& paries filiū alleluia. p̄. Deꝰ
deus meus. ā. Dabit ei domi
nus deus ſedē Dauid patris
eius: & regnabit in domo Ia
cob in æternū. p̄s. Benedici-
te. ān. Ecce ancilla domini:
fiat mihi ſecūdū verbū tuū.
p̄s. Laudate dominū de cæ.
Cp̄. Egredietur virga. quære
in primis veſ. Hyꝰ. O glorio
ſa. Ver. Benedicta tu in mu-

lieribus.. Reſp. Et benedictꝰ
fructus vētris tui. Ad bene-
dictus.ā.Spūſſanctus ſuper-
ueniet in te.Kyrie el.Chriſte
eleiſō.Kyrie el. Oratio. Deꝰ
qui de beatæ.ān. Ecce domi
nus veniet. Ver. Ecce appa-
rebit.Reſp Et cū eo. Oratio
Conſcientias no.vt ſu.quæ-
re totū in primis veſ.ān.Aue
ſtella matu. Ad primā.ān.
Miſſus eſt. Cap. Ecce virgo
concipiet. Ver. Dignare me
laudare te virgo ſacrata. Re-
ſpon. Da mihi virtutē cōtra
hoſtes tuos.Oratio.Deꝰ qui
de beatæ.ān. Ecce dominus
ve.Ver Ecce apparebit.Re-
ſpō. Et cū eo.Oratio.Cōſciē
tias no.Et dicitur ad oēs ho.

❡ Ad.iij. ãn. Aue MARIA.
Cap̃. Egredietur virga. Ver.
Diffuſa eſt gratia. ❡ Pro ſan
ctis. vt ſu ❡ Ad.vj.ã Ne ti-
meas MARIA. Capitulum.

DAbit ei dominus de ſe-
dẽ Dauid patris eiꝰ: &
regnabit in domo Iacob in
æternũ: & regni eius nõ erit
finis. Deo gratias. Ver. Bene
dicta tu in mulieribus. Reſp.
Et benedictus fructus vẽtris
tui. ❡ Pro ſanctis. vt ſupra.
❡ Ad.ix.ã. Ecce ancilla. cap̃.
Ecce virgo. Ver. Angelꝰ do
mini nunciauit MARIAE.
Reſp. Et cõcepit de ſpũ ſan
cto.. Oratiões & ver. de ſan
ctis. vt ſu. Ad veſ. & cõple
torium. vt ſupra Benedica-

mus domino. Deo gratias.

¶ Notandú eſt ꝙ aduē. do. ſemp̄ incipit in do. ꝓximiori feſ.ſ. Andreæ, ſiue ſit ante ſiue poſt. Verútamē ſi accidat ꝙ feſ.ſ. Andreæ cadat in do. etiá ibi in eadē do. debemus incipere aduen. do. Et quãdo feſ.ſ. Andreæ eſt ĩ die Iouis, Veneris, vel Sabbati: aduē. do. erit in Dominica ſequēti. Quãdo vero eſt in die Lunæ, Martis, vel Mercurij: aduē. do. incipit in Dominica precedē. Et hæc ſufficiãt.

¶ Vlterius notandū eſt ꝙ a vigi. nati. do. vſque ad purifica. beate Ma. fit officiū ſicut ante aduen. excepto quod p oēs ho. dicitur hæc oratio.

Deus qui ſalutis æternæ. ad-
ditis orationibus de apoſto-
lis cũ alijs, & cũ ſuis verſicu
lis & aĩs: ſicut notatũ eſt an-
te aduẽ. in officio. Et no-
ta ꝙ nihil mutatur in matu-
tinis: ſed dicũtur ad longũ ſi
cut ſunt notata. Item ad
lau. & oẽs ho. diei, & ad veſ.
& ad cõple. dicũtur antipho
næ quæ ſequũtur: quia loco
illius antiphonæ Aſſumpta
eſt. dicitur hæc. ã. O admira
bile commerciũ: creator ge-
neris humani, animatũ cor-
pus ſumens, de virgine na-
ſci dignatus eſt: & procedẽs
homo ſine ſemine, largitꝰ eſt
nobis ſuã deitatẽ. ℣. Dominꝰ
regnauit deco. ã. Quãdo na

tus es ineffabiliter ex virgi-
ne: tunc impletæ ſunt ſcri-
pturæ: ſicut pluuia in vellus
deſcendiſti: vt ſaluum face-
res genus humanum; te lau-
damus deus noſter. ps. Iu-
bilate deo omnis terra. ān.
Rubum quem viderat Moy
ſes incombuſtum, conſerua
tam agnouimus tuam lau-
dabilem virginitatē: dei ge-
nitrix intercede pro nobis.
ps. Deus deus meus ad te. ā.
Germinauit radix Ieſſe: or-
ta eſt ſtella ex Iacob: virgo
peperit ſaluatorem: te lau-
damus deus noſter. ps. Be-
nedicite omnia. ā. Ecce MA-
RIA genuit nobis ſaluatorē:
quem Ioannes videns, ex-

clamauit dicens: ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi alleluia. ps. Laudate dominum de cælis. Ad Benedictus. an. Mirabile myſterium declaratur hodie: innouantur naturæ: deus homo factus eſt: id quod fuit permanſit, & quod nō erat aſſumpſit: non commixtionem paſſus neque diuiſionē. Ad Magnificat. & Nunc dimittis. an. Magnum hæreditatis myſterium: templū dei factus eſt vterus neſciens virum: non eſt pollutus ex ea carnem aſſumēs: omnes gentes venient dicentes, gloria tibi domine.

¶ Sciendum eſt ꝙ a vigilie

paſchæ vſque ad aſcenſione
domini fit officiū beatę MA-
RIAE ſicut ante aduentum,
excepto ꝙ ad Benedictus. &
ad Magnificat. dicitur hæc
ān. Regina cæli lætare alle-
luia. Quia quē meruiſti por
tare alleluia. Reſurrexit ſi-
cut dixit alleluia. Ora ꝓ no-
bis deum alleluia.

¶ Sequuntur ſeptem pſal-
mi pœnitentiales. ān. Ne re-
miniſcaris. Pſalmus.

DOmine ne in fu-
rore tuo arguas
me : neque in ira
tua corripias me.

Miſerere mei domine quo-
niam infirmus ſum: ſana me
domine quoniam conturba
ta ſunt oſſa mea.
Et aīa mea turbata eſt valde:
ſed tu domine vſquequo?
Cōuertere domine, & eripe
animam meā: ſaluum me fac
propter miſericordiā tuam.
Quoniā nō eſt in morte qui
memor ſit tui: in inferno au-
tem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, la-
uabo per ſingulas noctes le-
ctum meū: lachrymis meis
ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculꝰ
meus: inueteraui īter omnes
inimicos meos.
Diſcedite a me oēs qui ope.

ramini iniquitatem : quoniã exaudiuit dominus vocẽ fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam : dominus orationem meam ſuſcepit.

Erubeſcant & conturbẽtur vehementer omnes inimici mei:conuertantur & erubeſcant valde velociter.

Gloria patri. Sicut erat. ps.

BEati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates : & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum : nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarẽ tota die.

non audiebam: & ſicut mu-
tus non aperiens os ſuum.
Et factꝰ ſum ſicut homo nõ
audiens: & non habẽs in ore
ſuo redargutiones.
Quoniam in te domine ſpe
raui: tu exaudies me domine
deus meus.
Quia dixi nequando ſuper-
gaudeãt mihi inimici mei: &
dũ cõmouẽtur pedes mei, ſu
per me magna locuti ſunt.
Quoniã ego in flagella pa-
ratus ſum: & dolor meus in
conſpectu meo ſemper.
Quoniam iniquitatẽ meam
annũciabo: & cogitabo pro
peccato meo.
Inimici autem mei viuũt, &
cõfirmati ſunt ſuper me: &

multiplicati ſunt qui oderũt me inique.

Qui retribuunt mala ꝓ bonis detrahebant mihi : quoniam ſequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deꝰ meus:ne diſceſſeris a me.

Intēde in adiutoriũ meum: domine deus ſalutis meæ.

Gloria patri.Sicut erat. ps.

Miſerere mei deus:ſecundum magnam miſericordiam tuam.

Et ſecũdum multitudinem miſerationum tuarum : dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea : & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatē meam

ego cognoſco: & peccatum
meum cõtra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malum
coram te feci: vt iuſtificeris
in ſermonibus tuis & vincas
cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibꝰ cõ
ceptꝰ ſum: & in peccatis cõ-
cepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexi-
ſti: incerta & occulta ſapien
tiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me ~~domine~~ hyſſo
po & mũdabor: lauabis me,
& ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ
& lætitiã: & exultabunt oſſa
humiliata.
Auerte faciem tuam a pec-
catis meis: & omnes iniqui.

tates meas dele.
Cor mũdũ crea in me deus·
& ſpiritum rectum ĩnoua in
viſceribus meis.
Ne proijcias me a facie tua:
& ſpiritum ſanctum tuũ ne
auferas a me.
Redde mihi lætitiam ſaluta
ris tui: & ſpiritu principali
confirma me.
Docebo iniquos vias tuas:
& impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus
deus, deꝰ ſalutis meæ: & exul
tabit lingua mea iuſtitiã tuã.
Domine labia mea aperies:
& os meum annunciabit lau
dem tuam.
Quoniam ſi voluiſſes ſacri-
ficiũ dediſſem: vtique holo-

cauſtis non delectaberis.
Sacrificiũ deo ſpiritus cõtri-
bulatus : cor cõtritum & hu
miliatum deus nõ deſpicies.
Benigne fac domine ĩ bona
voluntate tua Sion: vt ædifi
centur muri Hieruſalem.
Tũc acceptabis ſacrificium
iuſtitiæ,oblationes & holo-
cauſta : tunc imponẽt ſuper
altare tuum vitulos.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
DOmine exaudi oratio-
nem meam : & clamor
meus ad te veniat.
Non auertas faciẽ tuã a me:
in quacũque die tribulor,in-
clina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocaue
ro te:velociter exaudi me.

Quia defecerũt ſicut fumus
dies mei: & oſſa mea ſicut
cremium aruerunt.
Percuſſus ſum vt fœnum, &
aruit cor meũ: quia oblitus
ſum comedere panẽ meum.
A voce gemitus mei: adhæ-
ſit os meum carni meæ.
Similis factus ſum pellicano
ſolitudinis: & factꝰ ſum ſicut
nycticorax in domicilio.
Vigilaui & factus ſum ſicut
paſſer: ſolitarius in tecto.
Tota die exprobrãbãt mihi
inimici mei: & qui laudabãt
me, aduerſum me iurabant.
Quia cinerem tanquã panẽ
manducabam: & potũ meũ
cum fletu miſcebam.
A facie irę indignatiõis tuæ:

quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra decli-
nauerunt: & ego ſicut fœnũ
arui.
Tu autem domine in æter-
num permanes: & memoria
le tuum in generatione & ge
nerationem.
Tu exurgẽs domine miſere-
beris Siõ: quia tẽpus miſeren
di eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt ſeruis
tuis lapides eiꝰ: & terræ eius
miſerebuntur.
Et timebunt gentes nomen
tuum domine: & omnes re-
ges terræ gloriam tuam.
Quia ædificauit dominꝰ Si-
on: & videbitur ĩ gloria ſua.
Reſpexit in orationem hu-

miliū: & no ſpreuit p̄cē eorū
Scribantur hæc in generatio ne altera: & populus q̄ creabitur laudabit dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de cœlo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus cōpeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomē domini: & laudem eius in Hieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant domino.

Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierū meorum nuncia mihi.

Ne reuoces me ī dimidio die

rum meorũ:in generatiõe &
generationem anni tui.
Initio tu domine terrã fun-
daſti : & opera manuũ tua-
rum ſunt cœli.
Ipſi peribunt,tu autem per-
manes:& omnes ſicut veſti-
mentum veteraſcent.
Et ſicut opertorium muta-
bis eos & mutabuntur:tu au
tem idem ipſe es, & anni tui
non deficient.
Filij ſeruorum tuorum habi
tabunt : & ſemen eorum in
ſæculum dirigetur.
Gloria patri. Sicut erat. ps.
DE ꝓfundis clamaui ad
te domine: domine ex-
audi vocem meam.
Fiãt aures tuæ intẽdentes:in

vocem deprecationis meæ.
Si iniqtates obſeruaueris do
mine:domīe quis ſuſtinebit?
Quia apud te ꝓpiciatio eſt:
& propter legem tuam ſuſti
nui te domine.
Suſtinuit aīa mea ī verbo eiꝰ
ſperauit aīa mea in domino.
A cuſtodia matutina vſque
ad noctem : ſperet Iſrael in
domino.
Quia apud dominum miſe-
ricordia: & copioſa apud eū
redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael : ex
oībꝰ iniqtatibꝰ eiꝰ. Gloria. p̄
DOmine exaudi orationē
meā, auribꝰ percipe ob-
ſecrationē meam:in veritate
tua exaudi me in tua iuſtitia.

Et nõ intres in iudiciũ cum ſeruo tuo : qa nõ iuſtificabi-tur ĩ cõſpectu tuo oĩs viuẽs.

Quia perſecutꝰ eſt inimicus animam meam : humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſi cut mortuos ſeculi, & anxia tus eſt ſuper me ſpũs meus: in me turbatũ eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquo-rũ , meditatus ſum in omni-bus operibus tuis: & ĩ factis manuũ tuarum meditabar.

Expãdi manꝰ meas ad te: aĩa mea ſicut terra ſine aqua tibi

Velociter exaudi me domi-ne: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: & ſimilis ero deſcendẽ-

tibus in lacum.

Auditã fac mihi mane miſericordiã tuã: qa ĩ te ſperaui.

Notam fac mihi viã in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis, domine ad te confugi: doce me facere volũtatem tuam, quia deus meus es tu.

Spirit⁹ tuus bonus deducet me in terram rectam: ꝓpter nomẽ tuũ domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animã meam: quoniam

ego ſeruus tuus ſum.

Gloria. an̄. Ne reminiſcaris domĩe delicta noſtra vel parentũ noſtrorũ: neque vindictã ſumas de peccatis noſtris. Parce domĩe, parce populo tuo: quẽ redemiſti precioſo ſanguine tuo: ne ĩ æternũ iraſcaris nobis. Letania.

Kyrie eleiſõ. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Chriſte audi nos. Chriſte exaudi nos.

Pater de cœlis deus. Miſerere nobis.

Fili redemptor mundi deus. Miſerere nobis.

Spiritus ſancte deus. Miſerere nobis.

Sancta trinitas vnus deꝰ, Mi

ſerere nobis.
Sãcta MARIA Ora ꝓ no.
Sancta dei genitrix ora.
Sancta virgo virginũ ora.
Sancte Michael ora.
Sancte Gabriel ora.
Sancte Raphael ora.
Sancte Vriel ora.
Omnes ſancti angeli & archangeli dei. Orate ꝓ no.
Omnes ſancti beatorum ſpirituum ordines. Orate.
Sancte Ioãnes baptiſta ora.
Omnes ſancti patriarchæ & prophetæ. Orate.
Sancte Petre ora.
Sancte Paule ora.
Sancte Andrea ora.
Sancte Iacobe ora.
Sancte Ioannes ora.

Sancte Thoma ora.
Sancte Iacobe ora.
Sancte Philippe ora.
Sancte Bartholomæe ora.
Sancte Mathæe ora.
Sancte Simon ora.
Sancte Thadæe ora.
Sancte Mathia ora.
Sancte Barnaba ora.
Sancte Luca ora.
Sancte Marce ora.
Oẽs ſancti apoſtoli & euangeliſtæ. Orate ꝑ no.
Omnes ſancti diſcipuli domini. Orate pro nobis.
Omnes ſancti innocentes. Orate pro nobis.
Sancte Stephane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Vincenti ora.

Sancte Fabiane ora.
Sancte Sebaſtiane ora.
Sancte Blaſi ora.
Sancti Ioannes & Paule.
Orate pro nobis.
Sancti Coſma & Damiane
Orate pro nobis.
Sancti Geruaſi & Prothaſi.
Orate pro nobis.
Sancte Dionyſi cum ſocijs tuis. Ora pro nobis.
Sancte Euſtachi cum ſocijs tuis. Ora pro nobis.
Sancte Maurici cum ſocijs tuis. Ora pro nobis.
Sancte Hirenee cum ſocijs tuis. Ora pro nobis.
Sancte Achaci cum ſocijs tuis. Ora pro nobis.
Oẽs ſancti martyres. Orate.

Sancte Sylueſter oa.
Sancte Gregori ora.
Sancte Auguſtine ora.
Sancte Ambroſi ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Nicolae ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Ludouice ora.
Omnes ſancti pontifices &
cõfeſſores. Orate ꝑ nobis.
Oẽs ſancti doctores. Orate.
Sancte Benedicte ora.
Sancte Franciſce ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Dominice ora.
Sancte Bernardine ora.
Sancte Bonauentura ora.
Omnes ſancti monachi &
eremitæ. Orate pro nobis.
Omnes ſancti ſacerdotes &

leuitæ. Orate pro nobis.
Sancta Anna ora.
Sctā Maria Magdalena ora.
Sctā Maria AEgyptiaca ora
Sancta Agnes ora.
Sancta Lucia ora.
Sancta Cecilia ora.
Sancta Agatha ora.
Sancta Catherina ora
Sancta Barbara ora
Sancta Apolonia ora.
Sancta Vrſula cum ſodalibus tuis. ora.
Sancta Clara ora.
Sancta Elizabeth ora.
Sancta Genoueſa. ora
Omnes ſanctę virgines & viduæ. Orate pro nobis.
Omnes ſancti & ſanctę dei Intercedite pro nobis.

Propitius eſto, Parce nobis domine.

Propitius eſto : Exaudi nos domine.

Ab omni malo.libe. nos do.

Ab omni peccato . libe.nos.

Ab ira tua.libera nos do.

A ſubitanea & ĩprouiſa mor
te. Libera nos domine.

Ab inſidijs diaboli. Libera.

Ab ira,& odio, & omni ma
la voluntate.Libera nos do.

A ſpũ fornicationis. Libera.

A fulgure & tẽpeſtate.Libe.

A morte perpetua.Libera.

Per myſterium ſanctæ incar
nationis tuæ.Libera nos.

Per aduentum tuum.Libe.

Per natiuitatem tuam. Libe.

Per circunciſionẽ tuã . Libe.

Per baptiſmum, & ſanctum ieiunium tuum. Libera.
Per crucē & paſsionē tuam. Libera nos domine.
Per mortē & ſepulturā tuā. Libera nos domine.
Per ſanctam reſurrectionem tuam. Libera nos domine.
Per admirabilem aſcēſionē tuam. Libera nos domine.
Per aduētum ſancti ſpiritus paracliti. Libera nos do.
In die iudicij. Libera nos.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas. Te roga.
Vt nobis indulgeas. Te rog.
Vt ad veram pœnitētiā nos perducere digneris. Te rog.
Vt eccleſiam tuam ſanctam

regere & conſeruare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt donum apoſtolicum & omnes eccleſiaſticos ordines in ſancta religione cõſeruare digneris. Te rogamus.
Vt regib⁹ & principib⁹ chriſtianis pacem & veram concordiã donare digneris. Te rogamus audi nos.
Vt noſmetipſos in tuo ſancto ſeruitio cõfortare & conſeruare digneris. Te roga.
Vt mentes noſtras ad cæleſtia deſideria erigas. Te rog.
Vt omnibus benefactoribus noſtris ſempiterna bona retribuas. Te rogamus.
Vt animas noſtras, fratrum propinquorũ, & benefacto-

rum noſtrorū ab æterna dā-
natione eripias. Te rogamꝰ.
Vt fructus terræ dare & cō-
ſeruare digneris. Te roga.
Vt omnibus fidelibus defun
ctis requiem ęternam dona-
re digneris. Te rogamus.
Vt nos exaudire digneris.
Te rogamus audi nos.
Fili dei, Te rogamus audi.
Fili dei, Te rogamus audi.
Fili dei, Te rogamus audi.
Agnus dei qui tollis peccata
mūdi, parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi, exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata
mundi, miſerere nobis.
Chriſte audi nos. Chriſte
exaudi nos. Kyrie eleiſon.

Chriſte eleiſon, Kyrie elei-
ſon. Pater noſter. Secreto.
Ver. Et ne nos inducas in tē
tationē. Reſ. Sed libera nos
a malo. Ver. Domine exaud.
orationē meam. Reſ. Et cla-
mor meus ad te ve. Oratio.

DEus cui propriũ eſt mi
ſereri ſemp̄ & parcere,
ſuſcipe dep̄catione noſtrã:
vt nos & oẽs famulos tuos
quos delictorum catena con
ſtringit, miſeratio tuæ pieta-
tis abſoluat. Oratio.

DEus a quo ſancta deſi-
deria, recta conſilia &
iuſta ſunt opera, da ſeruis
tuis illam quam mũdus da-
re non poteſt, pacem: vt &
corda noſtra mandatis tuis

dedita &(hoſtiũ ſublata for
midine)tẽpora ſint tua ꝓte-
ctione tranquilla. Oratio.

VRe igne ſancti ſpiritus
renes noſtros & cor no
ſtrum domine: vt tibi caſto
corpore ſeruiam⁹, & mũdo
corde placeamus. Oratio.

FIdelium deus omniũ con
ditor & redemptor, ani-
mabus famulorum famula-
rumque tuarũ remiſsionem
cunctorum tribue peccato-
rum: vt indulgentiam quam
ſemper optauerũt, pijs ſup-
plicationibus cõſequantur.

Incipit officiũ mortuorũ.
Ad veſperas.ã. Placebo.ps.

DIlexi,quoniã ex-
audiet dominus:
vocem orationis
meæ.

Quia inclinauit aurē ſuā mi
hi: & in diebꝰ meis īuocabo.

Circundederūt me dolores
mortis: & pericula inferni in
uenerunt me.

Tribulationem & dolorem
inueni: & nomen domini in
uocaui.

O domīe libera animā meā,
miſericors dominꝰ & iuſtus:
& deus noſter miſeretur.

Cuſtodiens paruulos domi-
nus: humiliatus ſum & libe-
rauit me.

Conuertere anima mea in re
quiem tuam: quia dominus
benefecit tibi.

Quia eripuit animā meā de
morte, oculos meos a lachry
mis: pedes meos a lapſu.

Placebo domino:in regione viuorum.

Requiē æternā dona eis domine:& lux perpetua luceat eis.ā.Placebo domino in regione viuorū.ā.Heu mihi.p̄.
Ad dominū cū tribu.ā.Heu mihi quia incolatus meꝰ ꝓlongatus eſt.ā.Dominus.p̄.
Leuaui oculos meos.ān.Dominus cuſtodit te ab oī malo: cuſtodiat animam tuam dominus. ān. Si iniquitates.
p̄s.De profundis clamaui.ā.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit? ān.Opera. Pſalmus.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo:quoniā audiſti verba oris mei.

In conſpectu angelorũ pſallam tibi: adorabo ad tẽplum ſanctum tuum, & cõfitebor nomini tuo.

Sup miſericordia tua & veritate tua: quoniã magnificaſti ſup omne nomẽ ſanctũ tuũ.

In quacũque die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aĩa mea virtutẽ.

Cõfiteãtur tibi domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.

Et cãtẽt in vijs domini: quoniã magna eſt gloria domini

Quoniam excelſus dominꝰ & humilia reſpicit: & alta a longe cognoſcit.

Si ambulauero in medio tribulatiõis viuificabis me: &

ſuper iram inimicorū meo-
rū extēdiſti manū tuā: & ſal
uum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me,
domine miſericordia tua in
ſæculum: opera manuū tua-
rum ne deſpicias.
Requiē æternam. ān. Opera
manuū tuarū domine ne de-
ſpicias. Ver. Audiui vocē de
cælo dicentē mihi. Reſ. Bea
ti mortui qui in domino mo
riūtur. ān. Omne quod dat.
¶ Cāticū b. MARIAE virg.
Magnificat anima. vt ſupra.
ān. Omne quod dat mihi pa
ter ad me veniet: & eum q̄ ve
nit ad me, nō eijciam foras.
Deīde dicitur Pater noſter.
Et ne nos. Sed lib. Pſalmus.

LAuda anima mea domi
num, laudabo dominũ
in vita mea : pſallã deo meo
qu andiu fuero,

Nolite confidere in princi-
pibus : in filijs homin um in
quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius, & reuer
tetur in terrã ſuã ; in illa die
peribũt oẽs cogitatiões eorũ

Beatus cuius deus Iacob ad
iutor eius, ſpes eius in domi-
no deo ipſius qui fecit cælũ
& terrã; mare, & omnia quę
in eis ſunt,

Qui cuſtodit veritatẽ in ſe-
culũ, facit iudiciũ iniuriã pa
tiẽtibꝰ ; dat eſcã eſuriẽtibus,

Dominus ſoluit cõpeditos;
dominus illuminat cæcos,

Dominus erigit eliſos: dominus diligit iuſtos.

Dominꝰ cuſtodit aduenas, pupillũ & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorũ diſperdet.

Regnabit dominus in ſecula deus tuus Sion: in generatione & generationem.

Requiẽ. Requieſcāt in pace. Amen. Domine exaudi ora. Et clamor meus. Oratio.

DEus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulos tuos pontificali ſeu ſacerdotali feciſti dignitate vigere, præſta quæſumus: vt eorum quoque perpetuo aggregentur conſortio. Oratio.

DEus veniæ largitor, & humanæ ſalutis ama-

tor., quæſumus clementiam
tuam : vt noſtræ congrega-
tionis fratres, ſorores, pro-
pĩquos, & benefactores no
ſtros qui ex hoc ſęculo tran-
ſierũt, btã MARIA ſemper
virgine intercedẽte cũ om-
nibus ſanctis tuis, ad perpe-
tuæ beatitudinis cõſortium
peruenire cõcedas. Oratio.
Fideliũ. vt ſu. Ver. Requiẽ.
Reſp. Et lux perpetua. Re-
quieſcant in pace. Amen.

¶ Ad matutinũ. Inuitatoriũ
Regẽ cui omnia viuũt, Veni
te adoremꝰ. ps. Venite exul.
vt ſupra. ã Dirige. Pſalmus.

VErba mea auribus per-
cipe domine: ĩtellige cla
morem meum.

Intende voci orationis meę: rex meus & deus meus.

Quoniā ad te orabo domine: mane exaudies vocē meā

Mane aſtabô tibi & videbo: quoniam non deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odiſti omnes qui operâtur iniquitatē: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominꝰ: ego autē in multitudine miſericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad tēplum ſanctū tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iuſti-
tia tua ꝓpter inimicos me-
os : dirige in conſpectu tuo
viam meam.
Quoniã non eſt in ore eorũ
veritas: cor eorũ vanum eſt.
Sepulchrũ patens eſt guttur
eorũ, linguis ſuis doloſe age
bant: iudica illos deus.
Decidant a cogitationibus
ſuis, ſecũdum multitudinem
impietatũ teorũ expelle eos:
quoniã irritauerũt te domĩe.
Et lætentur omnes qui ſpe-
rant in te : in æternũ exulta-
bunt, & habitabis in eis.
Et gloriabũtur in te omnes
qui diligunt nomen tuum :
quoniam tu benedices iuſto.
Domine vt ſcuto bonæ vo-

luntatis tuæ:coronaſti nos.
ãn. Requiē æternam dona.
Dirige domine deus meus:
in conſpectu tuo viam meā.
ãn. Conuertere domine.p̃s.
Domine ne in furore tuo. j.
vt ſupra.ãn. Conuertere do
mine & eripe animā meam:
quoniā nō eſt ī morte q me-
mor ſit tui.ã. Nequando.p̃s.

Domine deus meus in te
ſperaui: ſaluum me fac
ex omnibus perſequentibus
me,& libera me.
Nequando rapiat vt leo ani
mā meā: dū nō eſt qui redi-
mat, neque qui ſaluū faciat.
Domine deus meus ſi feci
iſtud: ſi eſt iniquitas in ma-
nibus meis.

Si reddidi retribuẽtibus mi-
hi mala: decidam merito ab
inimicis meis inanis.
Perſequatur inimicus animã
meam, & comprehendat &
conculcet in terra vitã meã:
& gloriam meam in pulue-
rem deducat.
Exurge domine in ira tua:
& exaltare in finibus inimi-
corum meorum.
Et exurge domine deꝰ meus
in præcepto quod manda-
ſti: & ſynagoga populorum
circundabit te.
Et propter hanc in altum re
gredere: dominus iudicat
populos.
Iudica me domine ſecũdum
iuſtitiam meã: & ſecundum

innocentiā meam ſuper me.

Conſumetur nequitia pec-
catorum & diriges iuſtum:
ſcrutās corda & renes deus.

Iuſtum adiutorium meum a
domino:qui ſaluos facit re-
ctos corde.

Deus iudex iuſtus, fortis &
patiens : nunquid iraſcitur
per ſingulos dies?

Niſi cōuerſi fueritis, gladiū
ſuum vibrauit : arcum ſuum
tetendit & parauit illum.

Et ī eo parauit vaſa mortis :
ſagittas ſuas ardētibꝰ effecit.

Ecce parturit iniuſtitiā, con
cepit dolorem : & peperit
iniquitatem.

Lacū aperuit & effodit eū :
& incidit in foueā quā fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcēdet. Confitebor domino ſecundum iuſtitiā eius: & pſallam nomini domini altiſsimi.

Requiē. ān. Nequādo rapiat vt leo animā meā: dū nō eſt qui redimat, neque qui ſaluū faciat. Verſ. A porta inferi. Reſp. Erue domine animas eorū. Pater no. Et ne. Lect. j.

PArce mihi domine: nihil enim ſūt dies mei. Quid eſt homo qa magnificas eū? aut quid apponis erga eum cor tuū? Viſitas eū diluculo: & ſubito probas illū. Vſque quo nō parcis mihi: nec dimittis me vt glutiā ſaliuam

meā? Peccaui: Quid faciā ti-
bi o cuſtos hominū? Quare
poſuiſti me cōtrariū tibi: &
factus ſum mihimetipſi gra
uis? Cur nō tollis peccatum
meum: & quare non aufers
iniquitatē meā? Ecce nūc in
puluere dormiā: & ſi mane
me quæſieris non ſubſiſtam.
Reſpon. Credo ꝙ redēptor
meus viuit: & in nouiſsimo
die de terra ſurrecturꝰ ſum.
Et in carne mea videbo deū
ſaluatorē meū. Ver. Quē vi
ſurus ſum egoipſe, & nō ali-
us: & oculi mei conſpecturi
ſunt. Et in carne. Lectio .ij.

TAEdet animā meā vitæ
meæ: dimittam aduer-
ſum me eloquiū meum. Lo-

quar in amaritudine animæ
meæ. Dicā deo, Noli me cō-
dēnare. Indica mihi cur me
ita iudices? Nūquid bonum
tibi videtur, ſi calūnieris &
opprimas me opꝰ manuum
tuarū: & conſiliū impiorum
adiuues? Nūquid oculi car-
nei tibi ſunt: aut ſicut videt
homo & tu videbis? Nūquid
ſicut dies hominis dies tui:
& āni tui ſicut humana ſunt
tēpora? Vt quæras iniquita-
tē meā: & peccatū meū ſcru
teris? Et ſcias quia nihil im-
piū fecerim: cū ſit nemo qui
de manu tua poſsit eruere.
Reſ. Qui lazarū reſuſcitaſti
a monumento fœtidum. Tu
eis domīe dona requiē & lo

cũ ĩdulgẽtię. ver. Qui vẽtur' es iudicare viuos & mortuos, & ſęculũ ꝑ ignẽ. Tu. L. iij.

Manus tuæ domine fecerunt me: & plaſmauerunt me totũ in circuitu: & ſic repẽte præcipitas me. Memento quæſo ꝙ ſicut lutum feceris me: & in puluerem reduces me. Nonne ſicut lac mulſiſti me: & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi: & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meũ. Reſ. Domine quando veneris iudicare terram, vbi me abſcõdã a vultu iræ tuę?

Quia peccaui nimis in vit-
mea. Ver. Commiſſa mea pa
ueſco, & ante te erubeſco:
dum veneris iudicare, noli
me condẽnare. Quia pecca.
¶ In.ij.noc. ãn. In loco. ps.

DOminus regit me & ni
hil mihi deerit: in loco
paſcuæ ibi me collocauit.
Super aquã refectionis edu-
cauit me: animam meã con-
uertit.
Deduxit me ſup ſemitas iu-
ſtitiæ: propter nomẽ ſuum.
Nam & ſi ãbulauero in me-
dio vmbræ mortis: nõ time-
bo mala quoniã tu mecũ es.
Virga tua & baculus tuus: ip
ſa me conſolata ſunt.
Paraſti in cõſpectu meo mẽ-

ne memineris domine. ān. Credo videre. Pſalmus.

DOminꝰ illuminatio mea &ſalꝰmea: quē timebo?

Dominus ꝓtector vitę meę: a quo trepidabo?

Dū appropiāt ſup me nocētes: vt edāt carnes meas.

Qui tribulāt me īimici mei: ipſi īfirmati ſūt & ceciderūt.

Si conſiſtant aduerſum me caſtra: nō timebit cor meū.

Si exurgat aduerſum me pręliū: in hoc ego ſperabo.

Vnam petij a domino, hanc requiram: vt inhabitē in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videā voluntatē domini: & viſitem templum eius.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo : in die malorũ protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

In petra exaltauit me: & nũc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam: vociferationis: cantabo & pſalmum dicam domino.

Exaudi domine vocẽ meã qua clamaui ad te : miſerere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meũ, exquiſiuit te facies mea : faciẽ tuam domine requirem.

Ne auertas faciam tuã a me: ne declines ĩ ira a ſeruo tuo.

Adiutor meus eſto ne dere-

linquas me: neque deſpicias me deus ſalutaris meus.

Quoniã pater meus & mater mea dereliquerũt me: dominus autem aſſumpſit me.

Legẽ pone mihi domĩe ĩ via tua: & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.

Ne tradideris me in aĩas tribulantiũ me, quoniã inſurrexerunt in me teſtes iniqui: & mentita eſt iniquitas ſibi.

Credo videre bona domini: in terra viuẽtium.

Expecta dominũ, viriliter age, & cõfortetur cor tuũ: & ſuſtĩe dominũ. Reqẽ. ã. Credo videre bona domini ĩ terra viuẽtiũ. ver. Collocet eos dñs cũ prĩcipib⁹. Reſ. Cũ prĩ

cipibus populi ſui. Pater no
ſter. Et ne. Lectio quarta.

RESponde mihi, Quan-
tas habeo iniquitates &
pctã: ſcelera mea atque deli-
cta oſtẽde mihi. Cur faciem
tuam abſcondis: & arbitra-
ris me inimicum tuum? Con
tra folium quod vento rapi-
tur, oſtendis potentiã tuam:
& ſtipulam ſiccam perſeque
ris. Scribis enim contra me
amaritudines: & conſumere
me vis peccatis adoleſcẽtiæ
meæ. Poſuiſti in neruo pedẽ
meũ: & obſeruaſti omnes ſe
mitas meas: & veſtigia pedũ
meorũ cõſideraſti. Qui qua
ſi putredo cõſumẽdus ſum:
& quaſi veſtimentum quod

comeditur a tinea. Reſpon.
Memento mei deus, quia vẽ
tus eſtvita mea. Nec aſpiciat
me viſus hominis. Verſ⁹. De
profundis clamaui ad te do-
mine:domine exaudivocem
meam. Nec aſpi. Lectio.v.

HOmo natus de muliere,
breui viuens tempore:
repletur multis miſerijs. Qui
quaſi flos egreditur & conte
ritur: & fugit velut vmbra:
& nũquã in eodẽ ſtatu ꝑma
net. Et dignum ducis ſuper
huiuſcemodi aperire oculos
tuos: & adducere eũ tecũ in
iudiciũ? Quis poteſt facere
mundũ de immundo conce
ptũ ſemine? Nonne tu q ſo-
lus es? Breues dies hominis

ſunt:numerꝰ mēſiū eiꝰ apud te eſt . Conſtituiſti terminos eiꝰ:qui præteriri nō poterūt . Recede ergo paululū ab eo vt quieſcat , donec optata veniat: & ſicut mercenarij dies eius . Reſp. Heu mihi domine quia peccaui nimis in vita mea:quid faciā miſer: vbi fugiā niſi ad te deꝰ meꝰ? Miſerere mei dū veneris in nouiſſimo die . Ver. Anima mea turbata eſt valde : ſed tu domine ſuccurre ei . Miſerere mei.

Lectio ſexta

QVis mihi hoc tribuat vt in inferno ꝓtegas me: & abſcōdas me donec pertrāſeat furor tuus: & cōſtituas mihi tēpus in quo

recorderis mei? Putaſne mor
tuus homo rurſum viuat?
Cunctis diebus quibus nũc
milito, expecto donec veniat
ĩmutatio mea. Vocabis me:
& ego reſpõdebo tibi. Ope-
ri manuum tuarum porriges
dexterã. Tu quidẽ greſſ⁹ me-
os dinumeraſti; ſed parce
peccatis meis. Reſpõ. Ne re-
corderis peccata mea domi
ne. Dum veneris iudicare ſæ
culum per ignẽ. Ver. Dirige
domine deus meus in con-
ſpectu tuo viam meam. Dũ
veneris. ¶ In .iij. nocturno.
ãn. Complaceat. Pſalmus.

EXpectans expectaui do-
minum: & intẽdit mihi.
Et exaudiuit preces meas:

& eduxit me de lacu miſerię, & de luto fæcis.
Et ſtatuit ſupra petrã pedes meos: & direxit greſſꝰ meos.
Et immiſit in os meũ cãticũ nouũ: carmen deo noſtro.
Videbunt multi & timebũt: & ſperabunt in domino.
Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eiꝰ: & nõ reſpexit in vanitates & inſanias falſas.
Multa feciſti tu domine deꝰ meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annunciaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.
Sacrificiũ & oblationem no

iuſti:aures aũt ꝑfeciſti mihi.
Holocauſtum & pro pecca
to non poſtulaſti:tunc dixi,
ecce venio.
In capite libri ſcriptũ eſt de
me,vt facerẽ volũtatẽ tuam
deus meus volui: & legẽ tuã
in medio cordis mei.
Annũciaui iuſtitiã tuã in ec-
cleſia magna:ecce labia mea
nõ ꝓhibebo,domĩe tu ſciſti.
Iuſtitiam tuam non abſcõdi
in corde meo:veritatẽ tuam
& ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiã
tuam & veritatem tuam : a
conſilio multo.
Tu aũt domine ne longe fa-
cias miſerationes tuas a me:
miſericordia tua & verita-

tua ſemper ſuſceperunt me.
Quoniam circũdederũt me mala quorũ nõ eſt numerus, cõprehẽderũt me iniqtates meæ: & nõ potui vt viderẽ.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me reſpice.
Confundantur & uereantur ſimul, qui quærunt animam meã: vt auferant eam.
Cõuertãtur retrorſum & reuereãtur: q volũt mihi mala.
Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi euge euge.
Exultẽt & lætẽtur ſuper te

oẽs quęrẽtes te: & dicãt ſemper magnificetur dominus, qui diligunt ſalutare tuum.

Ego aũt mẽdic⁹ ſum & pauper: domin⁹ ſolicit⁹ eſt mei.

Adiutor meus & protector meus tu es : deus meus ne tardaueris.

Requiẽ. ã. Cõplaceat tibi domine vt eruas me : domine ad adiuuãdũ me reſpice. ãn. Sana domine. Pſalmus.

BEatus vir qui ĩtelligit ſuper egenũ & pauperẽ; in die mala liberabit eum dominus.

Dominus cõſeruet eũ & viuificet eũ, & beatũ faciat eũ in terra: & nõ tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi ſu
per lectum doloris eius: vni-
uerſum ſtratum eius verſaſti
in infirmitate eius.
Ego dixi domine miſerere
mei: ſana animam meā quia
peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala
mihi: quando morietur &
peribit nomen eius?
Et ſi ingrediebatur vt vide-
ret, vana loq̄batur cor eius:
congregauit iniquitatē ſibi.
Egrediebatur foras: & lo-
quebatur in idipſum.
Aduerſum me ſuſurrabant
oēs inimici mei: aduerſum
me cogitabant mala mihi.
Verbū iniquū conſtituerunt
aduerſum me: nūquid q̄ dor

mit nõ adijciet vt reſurgat?
Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos : magnificauit ſuꝑ me ſupplantationem.
Tu autem domine miſerere mei & reſuſcita me: & retribuam eis.
In hoc cognoui quoniã voluiſti me : quoniã nõ gaudebit inimicus meus ſuꝑ me.
Me aũt ꝓpter innocẽtiã ſuſcepiſti: & cõfirmaſti me in conſpectu tuo inæternum.
Benedictus dominus deꝰ Iſrael a ſæculo & in ſæculum: fiat fiat.
Requiẽ æternã. ã. Sana domine animã meã, quia peccaui tibi. ãn. Sitiuit. Pſalmus.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei?

Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi eſt deus tuus?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animã meã: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum dei.

In voce exultationis & confeſsionis ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea:

& quare conturbas me?
Spera in deo quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei & deus meus.
Ad meipſum aĩa mea cõturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij a mõte modico
Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarũ tuarum.
Omnia excelſa tua & fluctꝰ tui: ſuper me tranſierunt.
In die mandauit dominꝰ miſericordiam ſuam: & nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vitæ meæ: dicam deo, ſuſceptor meus es.
Quare oblitꝰ es mei & quare contriſtatus incedo: dum

afflígit me inimicus?

Dum cõfringũtur oſſa mea exprobrauerũt mihi: qui tribulant me inimici mei.

Dum dicũt mihi per ſingulos dies: vbi eſt deus tuus?

Quare triſtis es aĩa mea: & quare conturbas me?

Spera in deo quoniã adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei & deus meus.

Requiem. ãn. Sitiuit aĩa mea ad deum fontem viuũ: quando veniam & apparebo ante faciẽ domini? Ver. Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. Reſp. Et animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Pater noſter. Et ne nos. Sed li. Lectio. vij

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur: & ſolum mihi ſupereſt ſepulchrum. Non peccaui: & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine, & pone me iuxta te; & cuiuſuis manus pugnet contra me. Dies mei tranſierũt: cogitationes meæ diſſipatę ſunt, torquẽtes cor meum. Noctẽ verterunt in diẽ: & rurſum poſt tenebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt: & in tenebris ſtraui lectulũ meũ. Putredini dixi. Pater meus es: mater mea, & ſoror mea vermibus. Vbi eſt ergo nũc præſtolatio mea & patiẽtia

mea? Tu es domine deꝰ meꝰ. Reſpõ. Peccantẽ me quotidie, & non me pœnitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla eſt redemptio: miſerere mei deus, & ſalua me. Ver. Deus in nomine tuo ſaluũ me fac: & in virtute tua libera me. Quia in inferno. Lectio octaua.

PElli meæ cõſumptis carnibus adhæſit os meum: & derelicta ſunt tãtũmodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei ſaltẽ vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut deus: & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat vt

ſcribãtur ſermões mei? Quis
mihi det vt exarẽtur in libro
ſtilo ferreo aut plumbi lami
na: vel celte ſculpantur in ſi
lice? Scio enim quod redem
ptor meus viuit: & in nouiſ-
ſimo die de terra ſurrecturꝰ
ſum: & rurſum circundabor
pelle mea: & in carne mea vi
debo deũ ſaluatorem meũ.
Quem viſurus ſum egoipſe,
& oculi mei cõſpecturi ſũt:
& nõ alius. Repoſita eſt hęc
ſpes mea in ſinu meo. Reſp.
Domine ſecũdum actũ meũ
noli me iudicare: nihil dignũ
in conſpectu tuo egi: ideo de
precor maieſtatẽ tuã. Vt tu
deus deleas iniquitatẽ meã.
Ver. Amplius laua me domi

ne ab iniuſtitia mea: & a deli
cto meo mũda me. Vt. L.ix.

QVare de vulua eduxiſti
me? Qui vtinã cõſum-
ptus eſſem, ne ocul⁹
me videret. Fuiſſem (quaſi
nõ eſſem) de vtero trãſlatus
ad tumulum. Nunquid non
paucitas dierũ meorũ finie-
tur breui? Dimitte ergo me
domine vt plãgã paululum
dolorẽ meũ: ãtequã vadam
& non reuertar ad terrã te-
nebroſam, & opertã mortis
caligine. Terrã miſeriæ & te
nebrarũ: vbi vmbra mortis
& null⁹ ordo: ſed ſempitern⁹
horror inhabitat. Reſpõ. Li-
bera me domine de vijs in-
ferni: qui portas ęreas cõfre-

giſti, & viſitaſti infernum: & dediſti eis lumen vt viderent te. Qui erant in pœnis tenebrarum, Ver. Clamantes & dicentes, aduenisti redẽptor noſter. Qui erãt in. Requiẽ æternã. Qui erãt, Et dicitur ſemper in feſ.iij.lec.& feriali officio. Sequẽs Reſp.nõ dicitur niſi in ſecũdo die. poſt feſ.omniũ ſanctorũ: & ĩ obitu fratrũ & ſororũ. Reſpon. Libera me domine de morte æterna in die illa tremenda. Quando cœli mouẽdi ſunt & terra. Dum veneris iudicare ſæculũ per ignem. Ver. Tremens factus ſum ego, & timeo: dum diſcuſsio venerit atque ventura ira. Quando

cœli. Ver. Dies illa dies iræ,
calamitatis & miſeriæ : dies
magna & amara valde. Dū
veneris. Ver. Requiē. Repe-
tatur a capite Libera me do.
vſque ad Tremens. ℂ Ad
laudes. añ. Exultabunt do-
mino. ps. Miſerere. añ. Exul-
tabunt domino oſſa humi-
liata. ā. Exaudi domine. ps.

TE decet hymnus deꝰ in
Siō: & tibi reddetur vo
tum in Hieruſalem.

Exaudi orationem meā : ad
te omnis caro veniet.

Verba iniquorum prævalue
runt ſuper nos : & impieta-
tibus noſtris tu ꝓpitiaberis.

Beatus quē elegiſti & aſſum
pſiſti: ĩhabitabit ĩ atrijs tuis.

Replebimur in bonis domꝰ tuę: ſanctũ eſt templũ tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos deꝰ ſalutaris noſter : ſpes omnium finiũ terræ & in mari longe.

Præparãs montes in virtute tua accinctus potentia : qui cõturbas profundum maris ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gẽtes, & timebunt qui habitant terminos a ſignis tuis : exitus matutini & veſpere delectabis.

Viſitaſti terram & inebriaſti eam : multiplicaſti locupletare eam.

Flumẽ dei repletũ eſt aquis, paraſti cibum illorum:quoniam ita eſt præparatio eius.

Riuos eius inebriãs multipli-
ca genimina eius: ĩ ſtillicidijs
eius lætabitur germinans.

Benedices coronæ anni be-
nignitatis tuæ: & campi tui
replebuntur vbertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſer-
ti: & exultatione colles ac-
cingentur.

Induti ſunt arietes ouiũ, &
valles abundabunt frumen-
to: clamabunt etenim hym-
num dicent.

Requiem æternam. ãn. Ex-
audi domine orationẽ meã:
ad te omnis caro veniet. ãn.
Me ſuſcepit. p̃s. Deus deus
meus ad te. ãn. Me ſuſcepit
dextera tua domine. ãn. A
porta inferi. Pſalmus.

EGo dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæſiui reſiduū annorum meorū: dixi, nō videbo dominū deū in terra viuentiū.

Non aſpiciā hominē vltra: & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt a me: quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut a texēte vita mea, dum adhuc ordirer ſuccidit me: de mane vſque ad veſperam finies me.

Sperabam vſque ad mane: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.

De mane vſque ad veſperā finies me: ſicut pullus hirū-

dinis ſic clamabo: meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſo.

Domine vĩ patior, reſpõde pro me: q̃d dicã, aut quid reſpõdebit mihi cũ ip̃e fecerĩ?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.

Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſsima.

Tu aũt eruiſti animam meã vt nõ periret: proieciſti poſt tergũ tuũ oĩa peccata mea.

Quia nõ ĩfernus cõfitebitur tibi, neque mors laudabit te:

nō expectabūt qui deſcēdūt in lacum veritatem tuam.

Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut &ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cātabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo domini.

Requiem. ān. A porta inferi erue dominē animas eorum. ān. Omnis ſpiritus. P. Laudate dominū de cælis. ān. Omnis ſpiritus laudet dominū. Ver. Audiui vocem de cælo dicentē mihi. Reſpon. Beati mortui qui ī domino moriūtur. ān. Ego ſum. Canticum Zachariæ. Benedictus do. ā.

Ego ſum reſurrectio & vita:
qui credit in me, etiã ſi mor-
tuus fuerit viuet: & omnis q
viuit & credit in me nõ mo-
rietur in ęternum. Kyrie elei
ſon. Chriſte eleiſõ. Kyrie el.
Pater noſter. ver. Et ne nos.
Reſp. Sed libera. ꝑ. De pfun
dis. Ver. A porta iferi. Reſp.
Erue domine animas eorũ.
Ver. Requieſcãt ĩ pace. Reſ.
Amen. Ver. Domine exau-
di orationem meam. Reſpõ.
Et clamor meꝰ ad te veniat.
Oratiões vt ſupra.
Papa Ioãnes. xij conceſsit
omnibus dicẽtibus Pater no
ſter. & Aue MARIA cũ ora
ſione ſequenti tranſeũdo per
cymiterium, pro qualibet vi

ce tot annos indulgentiarũ: quot & quãta corpora in dicto cymiterio fuerũt ĩhumata a conſtitutione dicti cymiterij. Antiphona.

AVete omnes animæ fideles, quarum corpora hic & vbique requieſcunt in puluere: dominꝰ noſter IESVS CRISTVS qui vos redemit ſuo precioſiſsimo ſanguine, dignetur vos a pœnis liberare, & inter choros ſuorum ſanctorum angelorum collocare: ibique noſtri memores ſuppliciter exorare, vt vobis aſſociemur: & vobiſcum in cœlis coronemur.

Ver. Non intres in iudicium cum animabus ſeruorũ tuo-

rum domine Reſp. Quoniã
non iuſtificabitur in conſpe
ctu tuo omnis viuens. Ver.
Domine exaudi orationem
meam. Reſp. Et cla. Oremꝰ.

DOmine IESV CHRI-
STE, ſalus & liberatio
fideliũ animarũ, qui nõ veni
ſti animas ꝑdere ſed ſaluare,
& dare animã tuã in redem-
ptionẽ pro multis: ĩmenſam
clemẽtiã tuã ac ineffabilẽ mi
ſericordiã tuã humiliter im-
ploramus: vt animas omniũ
fideliũ defunctorũ in pœnis
purgatorij cruciatas, miſeri-
corditer reſpicere digneris:
& quæ iuſte ꝓ peccatis affli
guntur, tua benigniſsima pie
tate liberẽtur: ſubueniatque

illis tua mīa : quas precioſo ſanguine tuo redemiſti: & ꝑ merita beatiſsimę glorioſiſsimæ ſemperque virginis tuæ genitricis MARIAE, & omnium ſanctorum & ſanctarum liberare eas ab inferorū cruciatibus: & collocare inter agmina ſanctorū digneris : veſte quoque immortalitatis indui, & paradiſi amęnitate cōfoueri iubeas . Qui viuis & regnas deus. Per oīa ſęcula ſęculorū. Amē. Animæ omnium fideliū defunctorum per miſericordiam dei requieſcāt in pace. Amē. Pater noſter. Aue MARIA.

De ſanctiſsima trinitate. ā.

SAncta Trinitas vnus deus, Miſerere nobis. Te inuocamus, te adoramus, te laudamus, te glorificamꝰ o beata trinitas, Ver. Sit nomen domini benedictū,

Reſp. Ex hoc nunc & vſque in ſæculum. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus, qui dediſti famulis tuis in confeſsione veræ

fidei æternæ trinitatis gloriã
agnoſcere, & in potẽtia ma-
ieſtatis adorare vnitatẽ: quæ
ſumus vt eiuſdẽ fidei firmi-
tate, ab omnibus ſemp̱ tuea-
mur aduerſis. Per dominũ.

¶ Oratio ad patrem. añ. Pa-
ter de cælis deus, Miſerere
nobis. Oratio.

DOmine ſancte pater, o-
mnipotens æternę deꝰ,
qui coęqualem, conſubſtan-
tialem & coęternum tibi an
te oĩa ſęcula filiũ ĩeffabiliter
genuiſti, cũ quo atque cum
ſpiritu ſancto ex te eodẽque
filio procedente, cælũ, terrã,
atque omnia quæcunque exi
ſtunt, viſibilia & inuiſibilia
mirabiliter creaſti: tibi gra-

tias ago, te adoro, te laudo, te benedico, teq̃ magnifico. Eſto quæſo propitius mihi miſerrimo peccatori: & ne deſpicias me opus manuum tuarum: ſed libera, ſalua; & adiuua me propter nomen ſanctum tuum. Qui viuis.

¶ Oratio ad filium. añ. Fili redemptor mundi deus, Miſerere nobis. Oratio.

DOmine IESV CHRISTE fili dei viui, qui es verus & omnipotens deus, ſplendor & imago patris & vita æterna, cui eſt vna cum æterno patre & ſpiritu ſancto æqualis honor, eadẽ gloria, coæterna maieſtas, vna ſubſtantia: tibi gratias ago,

ita peragere : vt tibi placeat
obſequium ſeruitutis animæ
meæ. Per dominuũ noſtrũ.

❡ Quãdo exibis domũ tuã
dic. Vias tuas domine demõ
ſtra mihi: & ſemitas tuas edo
ce me. Greſſus meos dirige
ſecundum eloquium tuum:
vt non dominetur mei om-
nis iniuſtitia. Dirige greſſus
meos in ſemitis tuis : vt non
moueantur veſtigia mea.

❡ Accipiendo aquam bene
dictã dic. Aſꝑges me domi-
ne hyſopo & mũdabor : la-
uabis me, & ſuper niuẽ deal
babor. Miſerere mei deꝰ ſecũ
dum magnam miſericordiã
tuam. Gloria patri & filio &
ſpiritui ſancto . Aſꝑges me.

¶ Oratio dicēda ante crucifixū. Salua nos CHRISTE ſaluator per virtutem ſanctæ crucis: qui ſaluaſti Petrum in mari miſerere nobis. Verſꝰ. Omnis terra adoret te deus, & pſallat tibi. Reſpon. Pſalmum dicat nomini tuo. Oratio.

CRucem tuam adoramus & veneramur domine IESV CHRISTE: & ꝑ ipſam clementiã tuã humiliter imploramus: vt nobis peccatoribus miſereri & parcere digneris, qui pro nobis dignatꝰ es naſci de virgine MARIA. Qui viuis & regnas.

¶ In eleuatiõe corꝑis domini. Anima Chriſti ſanctifica

me:corpꝰ Chriſti ſalua me: ſanguis Chriſti inebria me: aqua lateris Chriſti laua me: paſsio Chriſti conforta me: ſudor vultus Chriſti virtuoſiſsimi ſana me. O bone IESV exaudi me: & ne permittas me ſeparari a te: ab hoſte maligno defende me: in hora mortis voca me: & pone me iuxta te: vt cum ãgelis & ſanctis tuis laudem te dominum ſaluatorem meũ in ſæcula ſæculorum. Amen.

¶ In eleuatione Calicis.

Aue vere ſanguis domini noſtri IESV CHRISTI, ꝗ de latere eius cum aqua fluxiſti: tu mihi ſis conſilium, ꝓtectio atque defenſio cor-

poris & animæ in præſenti vita & in futuro ſæculo ꝑ infinita ſæculorũ ſęcula. Amē.

¶ Quando capitur pax.

Da pacē domine in dieb⁹ noſtris: quia nõ eſt ali⁹ ꝗ pugnet pro nobis, niſi tu de⁹ noſter.

Pax in cęlo, pax in terra, pax ſit ſemper in oſsibus meis.

Pax domini noſtri IESV CHRISTI filij virginis MARIAE ſit ſemp in ore meo.

Pax domini ſit ſemper nobiſcum. Amen. Oratio.

Domine non ſum dign⁹ vt intres ſub tectũ meum: ſed tantum dic verbo & ſanabitur anima mea.

Sequũtur ſuffragia plurimorũ ſanctorũ & ſanctarũ.

¶ De ſancto Michaele. ãn.
Princeps glorioſiſsime Michael dux exercituum, ſuſceptor aĩarũ, debellator malorum ſpirituum, eccleſię dei poſt CHRISTVM dux admirabilis, grandis excellentiæ & virtutis: omnes reclamantes ad te, ab omni libera aduerſitate: & in cultu dei facias proficere tuo precioſo officio & digniſsima pace.
Verſus. Ora ꝑ nobis beate Michael princeps in eccleſia dei. Reſpõn. Vt digni efficiamur promiſsionibꝰ. Oratio.
OMnipotens ſempiterne deus qui ſaluti humanę naturæ ex ſumma clementia tua, glorioſum principẽ ec-

cleſiæ tuæ beatum Michaelē archangelum mirabiliter deputaſti, concede propitius: vt eius protectiōis ſubſidio, hic a cunctis hoſtibus efficaciſsime tueamur, & ī futuro noſtro obitu ab oī tentatiōe liberemur, ac tuæ excelſę maieſtati beatifice p̄ſentemur.

¶ De omnibus angelis. ān. Michael, Gabriel, Raphael, ſummi nuncij, & omnes ſancti angeli dei, intercedite ꝓ nobis in conſpectu domini.

Ver. Angelis ſuis deꝰ mādauit de te. Reſp. Vt cuſtodiāt te in oībus vijs tuis. Oratio.

Deus q̄ miro ordīne angelorum miniſteria hominumque diſpenſas, cōce-

de propitius: vt a quibus tibi
miniſtrantibus in cælo ſem-
per aſsiſtitur, ab his in terra
vita noſtra muniatur. Per.

¶ De ſ. Ioanne Baptiſta. an̄.

Inter natos mulierū nō ſur-
rexit maior Ioanne baptiſta.
Verſus Fuit homo miſſus a
deo. Reſpon. Cui nomē erat
Ioannes. Oratio.

PRęſta quæſumus omni-
potens deus: vt familia
tua per viam ſalutis incedat:
& beati Ioannis pręcurſoris
CHRISTI hortamenta ſe-
ctando, ad eum quem prædi
xit ſecura perueniat Domi-
nū noſtrū IESVM CHRI-
STVM filium tuum.

¶ De ſ. Petro apoſtolo. an̄.

Tu es paſtor ouium, princeps apoſtolorum: tibi tradidit deus omnia regna mundi: & ideo traditæ ſunt tibi claues regni cælorum: tibi enim a domino collata eſt poteſtas ligandi atque ſoluēdi, & ideo traditæ ſunt tibi claues regni cælorum.

Verſus: Solue iubēte deo terrarum Petre catenas. Reſp. Qui facis vt pateāt cæleſtia regna beatis.

Oratio.

Deus qui beatum Petrū apoſtolū a vinculis abſolutum illæſum abire feciſti: noſtrorum quæſumus abſolue vincula peccatorum: & omnia mala a nobis ꝓpitiatus exclude. Per dominū.

¶ De ſancto Paulo. ã. O glorioſum lumen omnium eccleſiarum ſole ſplendidius, o vere apoſtolicum ſidus altiſsimum ſancte Paule, qui æterni ſolis ſplendorem tenebris gentium infudiſti, qui in terris poſitus cælorum ſecreta petiſti, & quæ nõ licet homini loqui præuidiſti: illuc ſupplices tuos poſt huius carnis terminum perducere dignare, quos feciſti veritatis lumẽ agnoſcere. Ver. Tu es vas electionis ſancte Paule gentiũ doctor. Reſp. Pro nobis ora Deum qui te elegit. Oratio.

DEus qui vniuerſum mũdum beati Pauli apoſto

l: tui inſtitutiõe docuiſti, da nobis quæſumus: vt qui eius memoriam pio affectu recolimus, eius apud te patrocinia ſentiamus. Per.

¶ De ſancto Andrea. ã. Cũ perueniſſet beatus Andreas ad locũ vbi crux parata erat: exclamauit & dixit. O bona crux diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo pręparata, ſecurus & gaudens venio ad te: ita & tu exultans me diſcipulum eius qui pependit in te. Verſus. Dilexit Andream dominus. Reſpõ. In odorẽ ſuauitatis. Oratio.

MAieſtatem tuam domine ſupplices exoram⁹: vt ſicut eccleſiæ tuæ beatus

Andreas apoſtolꝰ extitit ꝑdicator & rector, ita apud te ſit pro nobis perpetuus interceſſor. Per dominum.

¶ De ſ. Ioãne euangeliſta. ã

O ſpeculum virginalis pudicitię, o geminę charitatis pleniſsime ſancte Ioannes, qui CHRISTVM prę apoſtolis cognouiſti, puriꝰ dilexiſti, ab ipſo præ cæteris diligi meruiſti: ĩpetra nobis tuis ſctĩs precibꝰ: vt & CHRISTVM cognoſcamus manifeſtius, diligamus feruidiꝰ, atque ab ipſo dilecti, ſibi vniamur intimiꝰ. Verſus. Virgo electus es a domĩno. Reſpõſorium. Atque inter cæteros magis dilectus. Oratio.

BEati Ioãnis apoſtoli tui & euangeliſtæ qui ſuper pectus tuum in cœna decubuit, nos quæſumus domine nunc & in hora mortis noſtræ commendet oratio: cui in cruce pro noſtra ſalute pendens & moriens, matrem tuam virginem virgini commendaſti. Qui vi.

¶ De oı̄bus apoſtolis. ān.

Iſti ſunt viri ſancti quos elegit dominus in charitate nō ficta, & dedit illis gloriam ſempiternam: quorū doctrina fulget eccleſia vt ſole luna. Ver. In omnem terram exiuit ſonus eorum. Reſpō. Et in fines orbis terræ verba eorum. Oratio.

DEus qui nobis per myſterium beatorum apoſtolorum, euangeliſtarũ, atque diſcipulorum tuorũ veritatem euãgelij patefieri voluiſti, concede propitius: vt quod ab illorum ore didicimus, gratia tua adiuuãte operari valeamus. Per dominũ.

¶ De ſancto Stephano. an.

Aue ſenior Stephane, aue martyr paradoxe, qui inter agmina plebis Iudaicæ velut lampas ardentiſsima apparuiſti domino, nũc ſydus inter ſydera cęleſtis aulę ſuccurre huic familiæ gratiſsima tua interuentione. Ver. Ora pro nobis beate ꝓthomartyr Stephane. Reſp. Vt

digni efficiamur. Oratio.

DA nobis quæſumus domine imitari quod colimus: vt diſcamꝰ & inimicos diligere, quia eiꝰ commemorationem agimus, qui nouit etiã pro perſecutoribus ſuis exorare IESVM CHRISTVM dominum noſtrum.

¶ De ſancto Dionyſio. ãn.

O beate Dionyſi magna eſt fides tua, intercede pro nobis ad dominũ deũ noſtrũ: vt qui qualitate tibi ſumus diſſimiles: ſua gratia largiente, cæleſtium gaudiorum faciat eſſe conſortes. Ver. Ora ꝑ nobis btē Dionyſi. Reſp. Vt digni efficiamur promiſſionibus CHRISTI. Oratio

DEus qui beatum Dionyſium martyrem tuũ virtute conſtantiæ in paſsione roboraſti, quique illi ad prædicandum gentibus gloriam tuam Ruſticum & Eleuterium ſociare dignatus es, tribue nobis quæſumus ex eorum imitatione pro amore tuo proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Per dominum.

¶ De ſancto Laurentio. ãn.

Beatus Laurentius dũ in craticula igni ſuperpoſitus vreretur, ad impijſsimum tyrãnum dixit: Aſſatus ſum iam, verſa & manduca: nam facultates eccleſię quas requiris, in cæleſtes theſauros ma

nus pauperũ deportauerũt. Ver. Diſperſit dedit pauperibus. Reſp. Iuſtitia eius manet in ſæculũ ſæculi. Oratio.

DA nobis quæſumus omnipotẽs deus vitiorum noſtrorum flammas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuiſti tormentorum ſuorum incendia ſuperare, Per Chriſtum.

¶ De ſancto Sebaſtiano. ã.

Egregie Chriſti martyr Sebaſtiane, princeps ac propagator ſanctiſsimorum pręceptorum, ecce nomen tuum in libro vitæ cæleſtis aſcriptum eſt: & memoriale tuũ non derelinquetur in ſęcula. Ver. Gloria & honore coro

naſti eum domine. Reſp. Et conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Oratio

OMnipotens ſempiterne deus, qui meritis beati Sebaſtiani martyris tui glorioſiſsimi olim peſtem epidimiæ generalem omnibus mortiferam reuocaſti, præſta ſupplicibus tuis: vt qui ꝓ ſimili peſte reuocanda, ſiue ceſſanda ſub tua confidētia ad ipſum refugerint, eiuſdē meritis & precibus ab omni peſte epidimiæ, & ab omnibus nocumētis venenoſis necnon ab omnibus corporis & animæ periculis, ac a ſubitanea & improuiſa morte, ab omnibuſque inimicis

vilibilibus & inuiſibilib⁹ ſingulis diebus, horis atque momentis liberemur. Per do.

¶ De oĩbus martyribus. ãn.

Gaudent in cęlis animæ ſanctorũ, q CHRISTI veſtigia ſunt ſecuti: & quia pro eius amore ſanguinem ſuum fuderunt, ideo cũ CHRISTO exultant ſine fine. Verſus. In martyrũ vulnerib⁹ tua o IESV vulnera recolentes. Reſ. Munera tibi laudis offerim⁹ & ſaluari depoſcim⁹. Oratio

OMnipotens ſempiterne deus: qui nos idoneos non eſſe perpendis ad maieſtatem tuã (ſicut dignũ eſt) exorandum, da ſanctos tuos pro noſtris ſupplicare pec-

catis quos digne poſsis audi
re. Per. ¶ De ſ. Gregorio. ã.

O Gregori dulciſsimũ ſan-
cti ſpiritus organũ atque vir
tutum ſpeculum, poſce no-
bis ſuffragium, vt hoc poſsi
mus conſequi quo te gaude-
mus perfrui. Ver. Ora ꝓ no
bis beatiſsime pater Grego-
ri.. Reſp. Vt digni. Oratio

DEus qui animæ famuli
tui gregorij æternę bea
titudinis præmia contuliſti,
cõcede propitius: vt qui pec
catorum noſtrorum põdere
premimur, eius apud te pre
cibus ſubleuemur. Per.

¶ De ſancto hieronymo. ã.

O lampas eccleſiæ, o iubar
ſingulare, doctor ſapientiæ,

decuſque ſalutare, ĩclyte hie
ronyme, o doctor deo cha-
re, in lacu miſeriæ nos rege-
rę dignare. Ver. Ora pro no
bis beate Hieronyme. Reſp.
Vt digni efficiamur. Oratio.
DEus qui nobis per bea-
tum Hieronymum cõ-
feſſorem ſacerdotẽque tuũ
ſcripturę ſanctæ veritatem,
ac myſtica ſacramenta reue
lare dignatus es, præſta quæ
ſumus: vt cuius memoriam
agimus, & erudiamur doctri
nis, & meritis adiuuemur.
Per. ¶ De ſ. Auguſtino. ãn.
Salue gemma confeſſorum,
ſcriba vitæ, lux doctorum,
præſul beatiſsime: qui te pa-
trem venerantur, per te vi-

tam conſequātur beatorum animæ. Verſus. Ora pro nobis pie pater Auguſtine. Reſpon. Vt digni effi. Oratio.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotēs deꝰ: vt quibus fiduciam ſperādę pietatis indulges, intercedēte beato Auguſtino cōfeſſore tuo atque pontifice, conſuetæ miſericordiæ tribuas benignus effectum. Per.

❡ De ſancto Ambroſio. ān.

O magnum ſacerdotem, virum ſanctum Ambroſium: cuius fide & doctrina roborata eſt eccleſia: cuiꝰ vita caſta fuit & oratio pura: cuius poſt mortem anima migrauit ad regna cæleſtia. Verſus

Ora ꝓ nobis beate Ambro-
ſi. Reſpon. Vt digni. Oratio
SAncti Ambroſij cõfeſſo-
ris tui atque põtificis nos
quæſumꝰ domine iugiter ꝓ-
ſequatur oratio : vt quod pe
titio noſtra nõ impetrat, ip-
ſo ꝓ nobis intercedẽte prę-
ſtetur. Per. ¶ De ſ. martino.
An. O beatũ põtificẽ ꝗ totis
viſceribus diligebat CHRI-
STI regnũ, & non formida-
bat imperij principatum : o
Martini dulcedo, medica-
mentum & meritum, o ſan-
ctiſsima anima: quã & ſi gla-
dius perſecutoris non abſtu
lit, palmam tamen martyrij
non amiſit. Ver. Ora ꝓ no-
bis beate Martine. Reſpon.

Vt digni efficiamur. Oratio.

DEus q populo tuo æternæ ſalutis beatum Martinum miniſtrũ tribuiſti, concede quæſum⁹ nobis: vt qui executor mandatorum tuorum extitit in terris, ĩterceſſor noſter ſemper eſſe dignetur in cælis. Per.

❡ De omnib⁹ cõfeſſorib⁹. a.

Sancti per fidem vicerũt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones. Verſus. Iuſti autem in perpetuũ viuẽt. Reſp. Et apud dominũ eſt merces eorũ. oratio

SAnctorum confeſſorum tuorum quæſumus meritis & precib⁹ adiuuemur: vt quod fragilitas noſtra non

obtinet, eorum nobis qui an
te te iuſti inuenti ſunt oratio
ne donetur. Per Chriſtum.

¶ De ſancta Anna. ãn. Aue
fœlix anna, ꝑ te detur nobis
mãna cõſoletur nos CHRI
STVS in patria: fac vt fru-
ctum videamus tui ventris,
& dicamus: Aue gratia ple-
na. Verſus. Diffuſa eſt gratia
in labijs tuis. Reſpon. Pro-
pterea benedixit te deus in
æternum. Oratio.

DEus qui beatæ Annæ
tantã gratiã donare di-
gnatꝰ es, vt MARIAM ma-
trem vnigeniti tui in ſuo vte
ro portare mereretur: da no
bis per interceſsionem ma-
tris & filiæ, tuæ propitiatio-

nis abundãtiam: vt quarum cõmemorationem pio amore amplectimur, earum precibus & meritis ad cæleſtem Hieruſalem peruenire valeamus. Per eundẽ dominum.

De ſancta maria Magdalena. ã. Beata Maria Magdalena quæ dominum poſt reſurrectionem videre meruiſti prima, intercede pro nobis orantibus te pie recolentibus. Verſ. Dimiſſa ſunt ei peccata multa. Reſpõ. Quoniã dilexit multum. Oratio.

LArgire nobis clemẽtiſſime pater quod ſicut beata Maria Magdalena dominũ noſtrũ IESVM CHRISTVM ſup omnia diligẽdo,

ſuorum obtinuit veniã pec-
catorum: ita nobis apud mi-
ſericordiam tuam ſempiter-
nam impetret beatitudinẽ.
Per eundem CHRISTVM.

¶ De ſancta Catherina. ãn.

Aue virgo ſpecioſa, clarior
ſyderibus: cuius vultũ ac de-
corem cõcupiuit dominus,
funde preces creatori ꝓ tuis
ſupplicibus. Ver. Ora ꝓ no
bis beata Catherina. Reſpõ.
Vt digni efficiamur. Oratio.

DEus qui dediſti legem
Moyſi ĩ ſummitate mõ
tis Synai, & in eodem loco
corpꝰ beatæ Catherinæ vir-
ginis & martyris tuæ ꝑ ſan-
ctos angelos tuos mirabili-
ter collocaſti, tribue quæſu-

mus: vt eius precibus & me-
ritis ad mōtem (qui CHRI-
STVS eſt) valeam⁹ perueni-
re. Per eūdē CHRISTVM.

¶ De ſancta Barbara. ān.

Aue virgo ſpecioſa, aue mar
tyr glorioſa barbara egregia
patri carnis odioſa, CHRI-
STO regi gratioſa fidei cōſtā
tia: tua ꝑce pręcioſa, nos a vi
ta ęrūnoſa vera duc ad gau-
dia. Ver. Ora pro nobis bea
ta Barbara. Reſpon. Vt di-
gni efficiamur. Oratio.

INterceſsio quæſumus do
mine beatæ Barbaræ vir-
ginis & martyris tuæ ab om
ni aduerſitate nos defendat:
vt per interuentum eius glo
rioſum, ſacroſanctum corpo

ris & ſanguinis domini no-
ſtri IESV CHRISTI ſacra
mentum cũ vera cõtritione,
& pura confeſſione ante hu
ius vitę exitum percipere va
leamus. Per eundẽ dominũ.

¶ De omnibus virginib⁹. ã.

Iſtæ ſunt prudẽtes virgines,
quę accepto oleo ĩ vaſis ſuis
cum lãpadibus ſuis, exierunt
obuiam ſponſo & ſponſæ:
quo veniente intrauerũt quę
paratæ erant cum eo ad nu-
ptias. Ver. Adducentur regi
virgines poſt eã. Reſp. Pro-
ximę ei⁹ afferẽtur tibi. oratio.

Deus dilector iuſtitiæ, &
ſemper oſor nequitiæ:
qui concupiſcis decorẽ pul-
chritudinis virgineæ, da vt

ſanctarum virginum tuarum intercedentibus meritis, virtutum repleti copijs amorē cōſequamur tuæ dilectionis. Per do.

❡ De oīb⁹ ſanctis. ā

Beati eſtis ſctī dei quod voluit vos CHRISTVS cōſortes fieri cæleſtium virtutum, ac perfrui æternæ claritatis gloria: ideoque precamur vt memores noſtri intercedere dignemini ꝓ nobis ad dominū IESVM CHRISTVM.

Ver. Beati qui habitāt in domo tua domine. Reſponſo. In ſæcula ſęculorum laudabunt te.

Oratio.

CONcede quæſumus omnipotens deus, vt interceſsio ſanctæ dei genitricis

virginis MARIAE, beatarũ que omnium cælestium virtutum, ſanctorum patriarcharum, prophetarum, apoſtolorum, martyrum, confeſſorum, virginum, ac omnium ſanctorum electorum tuorum vbique nos lætificet & adiuuet; vt dum eorum gratuita dona recolimꝰ, etiã patrocinia ſentiamꝰ. Per eũ.

¶ Oratio ad Ieſum Chriſtũ

Conditor cęli & terræ, rex regum & dominꝰ dominantium: qui me de nihilo feciſti ad imaginẽ & ſimilitudinem tuam, & me de

proprio ſanguine redemiſti:
quem ego peccator nō ſum
dignus nominare,nec inuo-
care , nec in corde cogitare.
Te ſuppliciter deprecor &
humiliter exoro:vt clemen-
ter reſpicias me ſeruū tuum
nequam.Et miſerere mei qui
miſertus fuiſti mulieri Cana
nææ,& Mariæ Magdalenæ:
qui peperciſti publicano &
latroni in cruce pēdenti.Ti-
bi confiteor pater pijſsime
peccata mea:quę ſi volo ab-
ſcōdere,nō poſſū tibi domi-
ne. Parce mihi CHRISTE:
quia ego paup multū offen-
di te in ſuperbia,auaritia, gu
la,luxuria,in vana gloria , in
odio,in acedia,in adulterijs,

in furto, in mēdacio, in blaſphemia, in ioco, in riſu, ĩ verbis otioſis: in auditu, ĩ guſtu, in tactu: cogitando, loquendo, operãdo, & in omnibus modis in quibus ego fragilis homo & peccator peccare potui mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo deprecor tuam clementiã, quæ de cælo pro mea ſalute deſcendit: qui Dauid a peccati lapſu erexiſti, Parce mihi domine, parce mihi Chriſte: qui Petro te neganti peperciſti. Tu es creator meus, dominus meus, & deus meus, & rex meꝰ. Tu es ſpes mea, fiducia mea, gubernatio mea auxiliatio mea, conſolatio

mea, & fortitudo mea, defenſio mea & liberatio mea, vita mea, ſalus mea, & reſurrectio mea, lumen & deſideriũ meum, adiutorium meum & patrocinium meum. Te deprecor & rogo adiuua me, & ſaluus ero: guberna me & defende me, conforta me, viſita me & conſolare me, confirma me & lætifica me, illumina me & viſita me: ſuſcita me mortuum quia factura & opus tuum ſum, domine ne me deſpicias. Famulus & ſeruus tuus ſum quanuis malus, quãuis indignus peccator: ſed qualiſcũque ſim, ſiue bonus, ſiue malus ſemper tuus ſum. Ad quem ergo fu-

giam: niſi ad te vadam? Si tu me eijcis: quis me recipiet? Si tu me deſpicis: quis me reſpiciet? Recognoſce me ĩdignũ ad te refugiẽtem quãuis ſim vilis & immũdus: quia ſi vilis & immundus ſum, potes me mundare: ſi cæcus ſum, potes me illuminare: ſi infirmus ſum, potes me ſanare: ſi mortuus & ſepultꝰ ſum, potes me reſuſcitare: quia maior eſt pietas tua, quam impietas mea. Plus potes dimittere quam ego committere: & plus parcere, quã ego peccator peccare. Non ergo reſpicias domine neque attendas multitudinem iniquitatũ mearum: ſed ſecundum mul

titudinem miſerationũ tuarum miſerere mei, & propitius eſto mihi maximo peccatori. Dic aĩæ meæ ſalꝰ tua ego ſum, q dixiſti, Nolo mortem peccatoris: ſed magis vt conuertatur & viuat. Cõuerte me domine ad te & noli iraſci contra me. Deprecor te clementiſsime pater propter miſericordiam tuã ſupplico & exoro: vt perducas me ad bonum finem, ad veram pœnitentiam, purã confeſsionem, & dignam ſatiſfactionem omnium peccatorũ meorũ. Amen. Pater noſter. Aue Ma. ¶ Oratio deuota.

DEus propitius eſto mihi peccatori, & cuſtos

mei oībus diebus vitæ meæ. Deus Abraham, deus Iſaac, deus Iacob miſerere mei: & mitte in adiutorium meũ ſanctum Michaelẽ archangelũ: qui me cuſtodiat, protegat, foueat, viſitet & defendat ab omnibus inimicis meis viſibilibus, inuiſibilibus, carnalibus, ſpiritualibus, & temporalibus. Sancte Michael archangele defende me in prælio: vt non pereã in tremendo iudicio. Sancte Michael archangele per gratiã quam habere meruiſti te dep̄cor, & per vnigenitũ dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, vt eripias me ab vniuerſis malis præteritis, præ-

ſentibus & futuris intercedē
te glorioſa virgine MARIA
cum omni ſocietate cæleſti.
Sancte Michael, Sancte Ga
briel, Sancte Raphael, Om-
nes ſancti angeli & archan-
geli ſuccurrite mihi peccato
ri. Precor vos oēs virtutes cę
lorū detis mihi auxiliū vt nul
lus inimic⁹ mihi nocere poſ-
ſit, nec in via, nec ī aqua, nec
in igne, nec in domo, nec ex
tra domū, nec eundo, nec re
deūdo, nec vigilādo, nec dor
miēdo, nec cōmedendo, nec
aliquid faciēdo. Ecce ſignū
cru ✠ cis domini noſtri IE-
SV CHRISTI, fugite par-
tes aduerſæ: vicit leo de tri-
bu Iuda, radix Dauid alle-

luia. Saluator noſter qui per ſanguinem tuum & crucem ſaluaſti mundum, ſalua me hodie, & omnibus diebus vitæ meæ. Sancte deus, ſancte fortis, ſancte immortalis miſerere nobis. O crux Chriſti adiuua me, O crux Chriſti defende me, O crux Chriſti ab omni malo libera me. Amen.

¶Oratio ad beatiſſimã virginem Mariam.

OBſecro te domina ſancta MARIA mater dei pietate pleniſſima, ſummi regis filia, mater glorioſiſſima,

mater orphanorum, conſo-
latio deſolatorum, via erran
tium, ſolus omniũ in te ſpe-
rãtium. Virgo ante partum,
virgo in partu, & virgo poſt
partum. Fons miſericordiæ
fons ſalutis & gratiæ, fons
pietatis & lætitiæ, fons con-
ſolationis & indulgẽtiæ. Per
illam ſanctam ĩeffabilem læ
titiam qua exultauit ſpiritus
tuus in illa hora quando ti-
bi per Gabrielem archange
lum annunciatus & conce-
ptus filius dei fuit. Et per il-
lud diuinum myſtariũ quod
tunc operatꝰ eſt ĩ te ſpũs ſan
ctus. Et per illã ineffabilem
gratiam, pietatem, miſericor
diam, charitatem & humili-

tatē:per quas filius tuus de-
ſcendit accipere humanam
carnē in venerabiliſsimo vte
ro tuo. Et in quibus te reſpe
xit quando te commendauit
ſctō Ioāni apoſtolo & euan
geliſtæ, & quando te exalta-
uit ſuper choros āgelorum.
Et per illam immenſam hu-
militatem in qua tu reſpon-
diſti archāgelo Gabrieli. Ec
ce ancilla domini: fiat mihi
ſecundum verbum tuum. Et
per glorioſiſsima quindecim
gaudia q̄ habuiſti de filio tuo
domīo noſtro IESV CHRI
STO: & per illam maximam
compaſsionem & acerbiſsi-
mum cordis dolorem quem
habuiſti quando aſpexiſti fi-

lium tuũ dominũ noſtrũ IE
SVM CHRISTVM ãte cru
cem nudatum : & in ipſa le-
uatum vidiſti pendentẽ, cru
cifixum, vulneratum, ſitien-
tem, fel apponi: clamantem
audiſti, & morientem vidi-
ſti. Et per quinque vulnera
filij tui: & per cõtractionem
viſcerum tuorum prę nimio
dolore vulnerum ſuorũ. Et
per dolorem quem habuiſti
quando vidiſti eum vulnera
ri. Et ꝑ fontes ſanguinis ſui:
& per omnem paſsionẽ eiꝰ:
& per omnem dolorem cor
dis tui: & per fontes lachry-
marum tuarum: vt cum om
nibꝰ ſanctis & electis dei ve
nias & feſtines in auxiliũ &

conſilium meũ in omnibus
orationibꝰ & requeſtis meis:
& in omnibus anguſtijs &
neceſsitatibꝰ meis. Et in om
nibus illis rebus in quibꝰ ego
ſum facturus locuturus aut
cogitaturus omnibus diebꝰ
ac noctibus, horis atque mo
mentis vitæ meæ. Et mihi fa
mulo tuo N. impetres a dile
cto filio tuo virtutũ omniũ
complementum cum omni
miſericordia & conſolatiõe:
omni conſilio & adiutorio:
omni benedictione & ſancti
ficatione: omni ſaluatiõe, pa
ce & proſperitate: omni gau
dio & alacritate: etiam abun
dantiam omnium bonorum
ſpiritualium & corporaliũ.

Et gratiam ſancti ſpiritꝰ qui me bene ꝑ omnia diſponat: animam meā cuſtodiat corpus meum aegat: mentē erigat: mores componat: actus ꝓbet: vota & deſideria mea perficiat: cogitatiões ſanctas inſtituat: præterita mala indulgeat, præſentia emēdet, & futura moderetur. Vitam honeſtam & honorabilē mihi tribuat: fidem, ſpem, charitatem, caſtitatē, humilitatem & patientiam mihi præſtet: quīque ſenſus corporis mei regat & protegat. Septē opera miſericordiæ cōplere me faciat. Duodecim articulos fidei & decem præcepta legis firmiter tenere & crede-

re me faciat. Et a ſeptẽ pec-
catis criminalibus me liberet
& defendat vſque in finem.
Et in nouiſsimis diebꝰ meis
oſtẽde mihi faciem tuam &
annuncies mihi diem & ho-
ram obitus & mortis meæ.
Et hanc orationem ſuppli-
cem ſuſcipias & exaudias:
& vitam æternam mihi tri-
buas. Audi & exaudi me dul
ciſsima virgo MARIA ma-
ter dei & miſericordię. Amẽ

¶ Oratio ſancti Edmũdi cã
marienſis archiepiſcopi ad
beatam virginem Mariã: &
ſanctum Ioannẽ euãgeliſtã.

O Intemerata & in æter-
num benedicta, ſingu-
laris atque incõparabilis vir

go dei genitrix MARIA gra
tiſsimum dei templum, ſpiri
tus ſanɫti ſacrariū, ianua re-
gni cęlorum: per quam poſt
deum totus viuit orbis terra
rum. Inclina mater miſeri-
cordię aures tuæ pietatis in-
dignis ſupplicationibꝰ meis:
& eſto mihi miſerrimo pec-
catori pia in omnibus auxi-
liatrix. O Ioãnes beatiſsime
CHRISTI familiaris amice,
q ab eodē domīo noſtro IE
SVCHRISTO virgo es ele
ɫtus & inter cæteros magis
dileɫtus, atque in myſterijs
cæleſtibus vltra omnes im-
butꝰ. Apoſtolꝰ enim & euã-
geliſta faɫtus es ꝑclariſsimꝰ.
Te etiam inuoco cū Maria

matre eiuſdem ſaluatoris no
ſtri : vt mihi opem tuā cum
ipſa cōferre digneris. O duæ
gēme cæleſtes MARIA & Io
annes . O duo luminaria di-
uinitus ante deum lucentia,
veſtris radijs ſcelerū meorū
effugate nubila. Vos enī eſtis
illi duo in quibus deus pater
per filium ſuum ſpiritualiter
ædificauit ſibi domum. Et in
quibus ipſe filius dei ob ſyn-
ceriſsimæ virginitatis meri-
tum, dilectiōis ſuæ cōfirma-
uit priuilegium: in cruce pen
dens vni veſtrum ita dicēs,
Mulier, ecce filius tuꝰ. Dein-
de ad aliū , Ecce mater tua .
In huius ergo tam ſacratiſsi
mi amoris dulcedīe (qua tūc

ore dominico, velut mater
&)filius adīuicē eſtis cõiun-
cti, vobis duobus ego miſer-
rimus peccator commendo
hodie corpus & animā meā:
vt in oībus horis atque mo
mentis īterius & exterius fir
mi cuſtodes, & pij apud deū
interceſſores eſſe dignemini.
Credo enī firmiter & fateor
indubitanter : quia velle ve-
ſtrum, velle dei eſt: & nolle
veſtrum, nolle dei eſt. Vnde
quicquid ab eo petitis, ſine
mora obtinetis. Per hanc er
go tam potentiſsimā veſtræ
dignitatis virtutem, poſcite
quęſo mihi peccatori corpo
ris & animæ ſanitatem. Agi-
te quæſo agite veſtris ſacris

orationibus: vt cor meum in
uiſere & ĩhabitare dignetur
ſpiritus almus gratiarũ largi
tor optimus: qui me a cũctis
vitiorum ſordibꝰ expurget,
virtutibus ſacris exornet, in
dilectione dei & ꝓximi mei
perfecte ſtare & perſeuerare
me faciat. Et poſt huiꝰ vitæ
curſum ad gaudia ducat ele
ctorum ſuorũ benigniſſimus
paraclitus, gratiarũ largitor
optimus. Qui cũ patre co-
æterno & conſubſtantiali vi
uit & regnat per infinita ſę-
culorum ſęcula. Amen.

❡ Deuota cõtẽplatio bea-
tæ MARIAE virginis iuxta
crucẽ filij ſui lachrymantis,
& ad compaſsionem ſalua-

roris ſingulos inuitantis.

STabat mater doloroſa,
iuxta crucem lachrymo
ſa: dum pendebat filius.
Cuius animam gementem,
contriſtatam & dolentem;
pertranſiuit gladius.
O quã triſtis & afflicta, fuit
illa benedicta: mater vnige-
niti.
Quæ mœrebat & dolebat:
& tremebat cum videbat: na
ti pœnas inclyti.
Quis eſt homo qui non fle-
ret, CHRISTI matrẽ ſi videret
in tanto ſupplicio?
Quis poſſet non cõtriſtari,
piam matrem contemplari:
dolentem cum filio?
Pro peccatis ſuæ gentis, vi-

dit IESVM in tormētis: &
flagellis ſubditum.

Vidit ſuum dulcem natum,
morientem deſolatum: dum
emiſit ſpiritum.

Eia mater fons amoris, me
ſentire vim doloris: fac vt te
cum lugeam.

Fac vt ardeat cor meum, in
amādo CHRISTVM deū:
vt ſibi complaceam.

Sancta mater iſtud agas, cru
cifixi fige plagas: cordi meo
valide.

Tui nati vulnerati: iā dignan
tis ꝓ me pati: pœnas in me
diuide.

Fac me vere tecum flere, cru
cifixo condolere: donec ego
vixero.

Iuxta crucem tecum ſtare, te libenter ſociare: in planctu deſydero.

Virgo virginum pręclara, mihi iam non ſis amara; fac me tecum plangere.

Fac vt portem CHRISTI mortē, paſsionis eius ſortē: & plagas recolere.

Fac me plagis vulnerari, cruce hac inebriari: ob amorem filij.

Inflammatus & accenſus; per te virgo ſim defenſus: in die iudicij.

Fac me cruce cuſtodiri, morte CHRISTI præmuniri, confoueri gratia.

Quando corpus morietur, fac vt animæ donetur: para-

diſi gloria. Amen. Ver. Tuā
ipſius animam doloris gla-
dius pertranſiuit. Reſpō. Vt
reuelētur ex multis cordibꝰ
cogitationes. Oratio.

INteruen iat ꝓ nobis quæ
ſumꝰ domīe IESV CHRI
STE nūc & in hora mortis
noſtræ, apud tuam clemen-
tiam beata virgo MARIA
mater tua: cuius ſacratiſsimā
animam in hora tuæ paſsio-
nis doloris gladius pertran-
ſiuit. Per te IESV CHRI-
STE ſaluator mundi. &c.

¶ Oratio diuæ virginis MA
RIAE dicenda die Sabbati.

MIſſus eſt Gabriel ange-
lus ad MARIAM vir-
ginem deſponſatam Ioſeph

nunciás ei verbũ. Aue MARIA gratia plena: dominus tecũ. Miſſus eſt Gabriel angelus ad MARIAM virginẽ. Aue MARIA gratia ple. Miſſus eſt Gabriel angelus. Aue. Imperatrix reginarũ: dominus tecũ. Laus ſanctarum animarum: do.te. Vera ſaluatrix earum: do.te. Excellentiſsima regina cælorum: do. tec. Veneranda domina angelorum: do.te. Omnium plena virtutum: do.te. Liliũ conuallium: do.t. Mediatrix dei & hominum: do.te. Indeficiens gaudium: do.t. Roſa ſine ſpina: do.te. Stella matutina: do.te. Virgo dei ĩuiolata: do tec. Virgo innupta:

do.te. Virgo dei intacta:do.
te. Virgo incorrupta: do.te.
Virgo deo grata:do.tec. Vir
go ante partum:do.tec. Vir
go in partu:d.te. Virgo poſt
partum:do.te.Splendor in-
extinguibilis:do.t. Virgo in-
æſtimabilis:do.t. Virgo im-
marceſsibilis vitis:do.t. Vua
germinans:do.te. Virgo in-
comparabilis:do.tec. Virgo
cui non eſt nec erit ſimilis:
do.te. Virgo generoſa:do.t.
Virgo ſpecioſa:do.te. Virgo
pulchra:do.te.Fons miſeri-
cordiæ cũ omni copia: do.t.
Virgo eximia:do.tec. Virgo
pia:do. te. Virgo mater ſine
rugā: do.tecũ. Virgo dulcis
MARIA: do.te.Laus ꝓphe

tica:do.te. Salomonis fabrica:do.te. Mater dei & virgo vnica dei filia : do.t. Laus habitationis gloriæ dei:do.toc. Hortus concluſus:do.t. Fōs ſignatus:do.tec. Aquæ viuæ puteus:do.t. Paradiſus cum pomorum fructibus:do.tec. Venter rore cæleſti rigatus: do.te. AEternitatis domus: do.te. Veteris & noui teſtamenti armarium:do.te. Spirituſſancti habitaculū:do.te. Quæ angelo nunciante virgo cōcepiſti. Dic decies Aue MARIA. Adhuc ſemel Quæ āgelo.. Et adhuc decies Aue MARIA. Vera virgo & mater:do. tec. Mater dei veri & veri hominis : do.tec. Mater

IESVCHRISTI filij vnigeniti dei: d.t. Mater miſericordiæ: do.te. Mater pietatis: do.t. Mater veritatis: do. te. Mater charitatis: do.tecũ Decus mulierum: do.te. Mater orphanorum: do.te. Cõſolatio deſolatorum: do.tec. Compaſsio afflictorum: do. te. Salus omnium in te ſperãtium: do.te. Arca dei: do. te. Templum domini: do.te. Sacrarium ſpiritusſancti: do.te. Reclinatoriũ IESVCHRISTI: do.tec. Luminare cæli: do.te. Sponſa dei: do.t. Prophetarum oraculum: do.te. Dei vmbraculum: do.te. Paſtoris tabernaculum: do.tec. Completum eſt in te con-



ſilium : do.te. Vera virgo &
mater quæ filium dei genui-
ſti verum deum & verũ ho-
minem:qui angelo nuncian-
te conceptus eſt:do.te. Vera
virgo & mater quæ filiũ dei
genuiſti verum deum & ve-
rum hominem : qui ꝑ nobis
ex te natus eſt : do.tec. Vera
virgo & mater quæ filiũ dei
genuiſti verum deum & ve-
rum hominem: qui ꝑ nobis
ex te natus eſt:do.tecũ. Vera
virgo & mater quæ filiũ dei
genuiſti verum deum & ve-
rum hominem: qui ꝑ nobis
inter vlnas Symeonis ſan-
ctiſsimi in templo receptus
eſt:do.te. Vera virgo & ma-
ter quæ filiũ dei genuiſti ve-

rum deum & verum hominē:qui pro nobis cæſus eſt: do.tec. Vera virgo & mater quæ filiũ dei genuiſti verum deũ & verũ hominē:qui pro nobis ſpinis coronatus eſt: do.tec. Vera virgo & mater quæ filiũ dei genuiſti verum deum & verum hominem: qui pro nobis clauis crucifixus eſt:d.t. Vera virgo & mater quæ filium dei genuiſti verum deũ & verũ hominem: qui pro nobis in cruce pendens virginem matrē virgini cōmendauit ita dicens, Mulier, ecce filius tuus. Deinde ad diſcipulum, Ecce mater tua:do.te. Vera virgo & mater quæ filiũ dei genuiſti ve-

rum deum & verū hominē: qui ꝓ nobis in cruce pēdēs exclamauit dicens. Hely, hely, lamazabathani. Et inclinato capite tradidit ſpiritū: do.tec, Vera virgo & mater quæ filium dei genuiſti verū deum & verū hominē : qui pro nobis īmolatus eſt : do. te. Vera virgo & mater quæ filium dei genuiſti verū deū & verum hominē: cuiꝰ latus lancea perforatū eſt, & continuo exiuit ſanguis & aqua in redēptionem animarū noſtrarum, & in remiſsionem peccatorum noſtrorum pro ſalute mundi ad vitam æternā:do.tec. Vera virgo & mater quæ filiū dei genuiſti ve

rum deum & verũ hominẽ: cuius corpus de cruce ꝑ Ioſeph depoſitũ eſt & in ſyndone mũda inuolutum do. tecum. Vera virgo & mater quæ filiũ dei genuiſti verum deum & verũ hominẽ: cuius corpus in lintheis cum aromatibus in monumento nouo poſitum eſt: do. tec. Vera virgo & mater quæ filiũ dei genuiſti verũ deum & verũ hominẽ: qui pro nobis ſepultus eſt: do. te. Vera virgo & mater quæ filium dei genuiſti verũ deũ & verum hominem: qui deꝰ & homo tertia die reſurrexit a mortuis: d. t. Vera virgo & mater quæ filium dei genuiſti verũ deum

& verum hominē : qui deus & homo primo beatæ Mariæ Magdalenæ: poſtea diſcipulis apparuit : do.tec. Vera virgo & mater quæ filiū dei genuiſti verū deum & verū hominem:qui deus & homo cū peregrinis cœnauit: do.t. Vera virgo & mater quæ filium dei genuiſti verū deum & verū hominē:qui deus & homo(videntibus Galilęis) ad cælos aſcendit:do.te. Vera virgo & mater quę filium dei genuiſti verum deum & verum hominē : qui deus & homo aſcendit ſuper omnes cælos, & præparauit tibi ſuę caſtiſsimæ matri locum immortalitatis:do.te. Vera vir

go & mater quæ filium dei
genuiſti verũ deũ & verum
hominẽ; qui deus & homo
ad dexterã dei ſedẽs ſpiritũ
paraclitum diſcipulis ſuis mi
ſit: do.tec. Vera virgo & ma
ter quæ filiũ dei genuiſti ve
rũ deũ & verũ hominẽ: qui
deus & homo venturus eſt
iudicare viuos & mortuos &
ſæculum per ignẽ. Oratio.

TE deprecor ergo mitiſ-
ſimã, pijſsimam, miſeri
cordiſsimã caſtiſsimam, ſpe
cioſiſsimã, dei genitricẽ MA-
RIAM ſemper virginũ gem
mã: vt in ſancto, tremendo
ac terribili iudicio in conſpe
ctu vnigeniti filij (cui pater
dedit omne iudicium) me li-

beres & ꝓtegas a pœnis iter
ni: & participē me facias cæ
leſtiū gaudiorum. Præſtante
eodem domino noſtro IE-
SVCHRISTO. Qui cū pa
tre & ſpiritu ſancto viuit &
regnat in ſęcula ſæculorum.
Amen. Pater noſter. Aue.

¶ Oratio virgīs MARIAE
quā dicebat quotidie ī tēplo

DOmine deus oīpotens
qui cūcta de nihilo po
tenter creaſti, & in eſſe cōſer
uas, ſapiēter gubernas, & be
nigne diſpenſas: da mihi vt
toto corde & anima mea. &
totis viribus meis ſuper om
nia te diligā. Miſericors do-
mine da mihi voluntatē dili
gendi proximum, & omnia

quæ tu diligis, & odiēdi quæ
tu odis, & præbe mihi vere
& æterne deus charitatem,
patientiam, humilitatem &
alias virtutes: quibus ani-
ma mea ſit tibi placēs. Et cō
cede mihi gratiam & fortitu
dinem faciendi & cōſeruan-
di omnia mādata tua, & ope
ra tibi placita & placentia,
vt ad cæleſtia regna merear
peruenire. Amen.

¶ Oratio ad eādē virginem MARIAM plenę remiſſiōis.

AVe virgo gratioſa, ſtel-
la ſole clarior, mater dei
ſpecioſa fauo mellis dulcior
Rubicunda pluſquam roſa,
lilio candidior, Omnis ſan-
ctus te honorat, oīs virtus

te decorat, IESVS CHRISTVS te coronat in cælis ſublimior. Pater noſter. Aue.

Epiſtola P. Lentuli Romani Proconſulis quondam celeberrimi. In qua IESVS CHRISTVS mire deſcribitur. Quam dum Hieroſolymis agebat, ad Senatum P. Q. R. accurate ſcripſit. Eutropio teſte.

APparuit temporibus iſtis noſtris, & adhuc eſt homo magnæ virtutis noĩatus IESVS CHRISTVS, qui dicitur a Gentibus Propheta veritatis: quem eius di

ſcipuli vocant filium dei,ſu-
ſcitans mortuos, & ſanans
oēs languores.Homo quidē
ſtaturæ procerus, mediocris
& ſpectabilis, vultū habens
venerabilem, quem intuētes
facile poſſunt & diligere &
formidare. Capillos habens
coloris nucis auellanæ præ
maturæ, & planos vſque ad
aures, ab auribus vero cinci-
nos criſpos, aliquantulū cæ-
ruliores & fulgentiores, ab
humeris ventilantes, diſcri-
men habens in medio iuxta
morem Nazarenorum, frō-
tem habens ſereniſs. cū facie
ſine ruga & macula aliqua.
Barbam habēs copioſam &
puberem capillis concolo-

rem, nõ longam, ſed in medio bifurcatam. Aſpectum habens ſimplicem & maturum. Oculis glaucis, varijs & claris exiſtentibus. Naſi & oris nulla prorſus eſt reprehenſio, quem rubor moderatus venuſtat. In increpatione terribilis. In admonitione blandus & amabilis, hilaris, ſeruata grauitate, qui nunquam viſus eſt ridere, flere autẽ ſic. In ſtatura corporis propagatus & rectus. Manus habens & brachia viſu delectabilia. In colloquio grauis, rarus, & modeſtus. Specioſus inter filios hominum.

Approbatiſsima medicina contra peſtem.

Recipe quantũ potes de amaritudine mentis cõtra peccata commiſſa, cum vera cordis contritione, potius libram quam vnciam. Hæc miſceantur cum aqua lachrymarum, & facias vomitũ per purã confeſsionẽ. Deĩde ſumas illud ſacratiſs. electuariũ corporis CHRISTI, & tutus eris a peſte.

FINIS.

Excudebat Pariſijs Oliuerius Mallard Bibliopola regiꝰ ſub ſigno vaſis effracti.

1541.

Cum priuilegio.